




t. Lat.  
rec. A.  
630



Poetae lat: recont:  
827<sup>a</sup>






# CALAMITATES

BELLI FVNESTI A NEOFRANCIS  
TAM IN SVA IPSORVM PATRIA  
QVAM CONTRA GERMANOS VI  
CINOSQVE POPVLOS VARIO  
MARTE GESTI

CARMINE ELEGIA CO



DESCRIPSIT

IO. FRIDERICVS AVGVSTVS  
BAVMANN

IVRIS VTRIVSQUE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR  
CAVSARVM PATRONVS LIPSIENSIS

---

LIPSIAE

APVD IO. BENI. GEORG. FLEISCHERVM

MDCCLXXXVIII



SERENISSIMO  
PRINCIPI DOMINOQVE  
CAROLO LVDOVICO  
IOANNI IOSEPHO  
ARCHIDVCI AVSTRIAЕ  
SVMMO COPIARVM AVSTRIACARVM ET  
GERMANICARVM DVCI  
TEVTONIAЕ SERVATORI



---

T eutoniam in numero bellax, en! Fran-  
cus inundat

Milite, devastans despoliansque pla-  
gas.

Arminii soboles generosa vocatur ad  
arma,

Nec, qui praesit, habet fida caterua  
ducem.

Ad Prolem magni LEOPOLDI peruolat  
almam

Teutoniae Genius, sollicitusque mo-  
net:

3 „Ger-

„Germanae gentis genitor, vetus ille

Thuiscon,

„Misit me moestum, moestaque  
turba patrum.

„Teutoniae miserae funesta pericla mi-  
nantur;

„Phoebi tempestas occulit atra fa-  
cem. 10

„Irruit in caraे Francus praecordia terrae,

„Contemnit leges, in sacra nostra furit.

„Assere Germanos, o Spes, et firma co-  
lumna

„Teutoniae; illatum, TE obsecro,  
pelle nefas.

„Iam video Franci per TE cito castra repelli,

„TE auratae pacis lucra redire Duce.“

Annuit

Annuit his precibus CAROLVS, Genius-  
que per auras  
Dilabens tenues, ora serenus  
abit.

Imperium Austriacus mandatum suscipit  
Heros;  
Teutoniamque salus, hoc Duce,  
certa manet. 20

En! vincit CAROLVS spem pressi Teuto-  
nis altam;  
Namque videns hostes, adueniens-  
que fugat.

Testes Herbipolis, <sup>1)</sup> Teininga, <sup>2)</sup> Am-  
bergaquē <sup>3)</sup> laudum, et  
Quae in Rheno latices Lana <sup>4)</sup> re-  
condit, erunt.

Iordani clades, TIBI, CAROLE, nomen

in aeuum

Tendet, et innumeris reddita laeta  
quies.

Teutonicum sensit Morouius altus Achil-

lem,

Virtutem, dotes, ingeniumque Du-  
cis.

Elza <sup>5)</sup> satis, Denzlinga <sup>6)</sup> atque Em-  
mendinga <sup>7)</sup> docebunt,

Ductore Austriaco non nisi magna  
geri. 30

Monstrabit CAROLI Friburgum <sup>8)</sup> et  
Schlienga <sup>9)</sup> tropaea;

Hic iuga gaudebit fracta fuisse ne-  
pos.

Hal.

Halbingam <sup>10)</sup> annales memorabunt, at-

que Loracum, <sup>11)</sup> et

Trans Rhenum Franci castra re-

iecta feri;

Quamque TIBI fuerint peragenda im-

mania pensa,

Cum Boreas Rheni stringeret asper

aquas.

En! Kelii <sup>12)</sup> nunquam noua munimenta

tacebunt,

Spernere TE Boream, dira pericla,

minas.

O venerande, TVIS, Heros, victrici-

bus armis

Quanta hem! Teutonicae lucra tu-

lere plagae? 40

Cui debent, quod adhuc vigeant vel

sacra vel ordo;

Quod vigeant legum vincla, The-

misque? — TIBI!

Cui, quod adhuc vigeant artes, com-

mercia, mores,

Relligioque, throni fortia fulcra? —

TIBI!

Cui, quod coniugium iusto laetetur ho-

nore;

Nec sumnum perdat casta puella

decus;

Cui, quod sulcentur tuto laeta arua

colono,

Nec peragant querulae bellica pensa

boues;

Cui,

Cui, quod nunc messis, Cereris donum,

albeat; vua

Promittat domino maxima lucra ru-

bens; 50

Quod videoas dominis sibi parta intacta

manere,

Nec timeat sponsi moesta puella

necem;

Quodque Fidem, Pacem, priscumque

redire Pudorem

Laeteris? — Princeps Optime, cun-

cta TIBI!

Plura TIBI debet Teuto, quam Roma

Camillo,

Cogenti Brennum <sup>13)</sup> reddere rapta

prius.

Alter

Alter es, en! nobis Bernhardus, erisque

nepoti,

Teutoniae quondam Saxoniaeque

decus.

Teutoniae alter eris, Victor, Gustauus

Adolphus,

Qui stricto' excussit Teutonis ense

iugum. 60

Semper honos, nomenque TVVM lau-

desque manebunt,

Teutoniam dum altis irrigat Ister

aquis.

Annales TVA facta canent, condigna

TIBIque

Praemia persoluet posteritatis amor.

---

PRAE-

## P R A E F A T I O

Offero Tibi, L. B. carmen elegiacum, quo  
calamitates belli funesti, a Neofrancis, tam  
in sua ipsorum patria, quam contra Germanos  
vicinosque populos, vario Marte gesti,  
vsque ad nuperrimam pacem, inter FRANCIS-  
CVM II, Germanorum Imperatorem, et rem-  
publicam Neofrancorum compositam, quodam-  
modo depingere studui, otiis, quae, vt cum  
VIRGILIO loquar, Deus fecerat, fruiturus. Est  
enim, sicuti LVCRETIVS *de rer. nat. lib. II.* ait,  
*Suaue mari magno, turbantibus aequora  
ventis,*

E

*E terra magnum alterius spectare laborem;  
Non quia vexari quenquam est iucunda vo-  
luptas,*

*Sed quibus ipse malis careas, quia cernere  
suaue est.*

*Suaue etiam belli certamina magna tueri  
Per campos instructa, tua sine parte pe-  
ricli.*

In ipso carmine elaborando id egi, vt  
sine ira et studio res, quomodo acciderint,  
exponerem, ideoque laudanda laudarem, vitu-  
peranda vituperarem; vt, quidquid gestum  
fuerit, ordine chronologico, quantum carminis  
natura permittebat, enarrarem; vt, vbi fieri  
potuit, ad animum lectorum remittendum, si  
qua remissione in his minutiis opus est, quae-  
dam episodia hic illic intercalarem; vt, ne,  
eadem saepius repetendo, lectorum patientiam  
fatigarem, nonnullis euentibus, quanquam ad  
illos, et aduehendos, et expediendos, multum  
temporis spatium requisitum fuisse vidimus,  
paucos tantummodo versus dicarem. Sic, vt  
vnicum exemplum afferam, in describendis  
proeliis innumeris, iisque, antequam Franco-  
galli Rhenum transgressi erant, commissis,  
breuis fui; ratus, partim poetae nouelli ino-  
piae,

piae, innumeras clades, pugnas, oppugnatio-  
nes expugnationesque alia semper ratione de-  
pingendi, haud facile fore negotium, partim  
vna vel altera descriptione lectorum desiderio  
iam satisfactum esse.

Ad animaduersiones, carmini annexas,  
quod attinet, obseruaui illud Horatianum:

*Aut prodesse volunt, aut delectare poetae.*  
Quare non solum, quae ad faciliorem carmi-  
nis intelligentiam faciunt, annotaui, sed etiam  
dicta haud raro librorum allegatorum auctori-  
tate muniui. Insuper non taedebit lectorem,  
ibidem legere carmina aliquot recentiora, la-  
tina pariter atque germanica, quae nouae re-  
rum faciei originem debent, pluribusque, si  
hanc meam opellam in immensam molem ex-  
crescere noluissem, augeri poterant. Hoc qui-  
dem quod fecerim, et auctores, et lectores  
meo, delectandi ipsos, studio condonatuos eo  
magis spero, quo magis partim ipsa auctorum  
nomina, nil vile a me apponi, spondent, par-  
tim tristi experientia edocemur, talia carmina,  
vel quod sparsim in annalibus et ephemeridi-  
bus inserta inueniantur, vel separatim edita, et  
parui ambitus, facile pereant, in paucorum  
lectorum manus perferri.

Bene-

Beneuolis igitur oculis vt hunc qualem-  
cunque libellum excipias, B. L. obseruantissi-  
me Te rogo quaesoque; et quanquam non, vti  
*ditior alter aristas*

*Pomaque, sed frutices munera parua dare*  
potui: tamen

*En! veniam pro laude peto: laudatus abunde,*  
*Non fastiditus si Tibi, Lector, ero.*

---

Lipsiae, e museo, ipsis Cal. Iun.

MDCCCLXXXVIII.

CALA-

# CALAMITATES

BELLI FVNESTI, A NEOFRANCIS, TAM  
IN SVA IPSORVM PATRIA, QVAM CON-  
TRA GERMANOS VICINOSQVE POPV-  
LOS VARIO MARTE GESTI

A

Materiae tanta abundat copia,  
Labori faber vt desit, non fabro labor.

PHAE DR. IV, 25.

Francia, ter centum quondam celebrata per vrbes,  
Artibus innumeris clara, magistra, decus;  
Francia, quae sceptro, gentes mulcente propinquas,  
Mores praescribens, es dominata diu;  
Francia, tu nimia quae relligione colebas  
Numen, cui solum candida corda placent;  
Francia, quae tuleras tranquillo pectore regum  
Imperium, et durum saecula multa iugum: 14)  
Heu! quanto delapsa iaces nunc culmine! Fastus  
Exemplum 15) populis, Francia, triste iaces! 10  
Ecce! velut fluuius, niueis torrentibus altus,  
Limina transgrediens, latus inundat agros;

A 2

Floren-

Florentes campos deuastat, donaque messis,  
Aedes proripiens arboreasque comas:  
**F**rancia, sic tumefacta vagis erroribus, altum  
Despiciens Numen, iustitiaeque viam;  
**I**mproba sic late furis in tua viscera; stulte,  
Vt lubet, occidis, diruis atque rapis.  
Ceu leo, quassato, qui colla superba domaret,  
Torque, fores clausas vngue potente ferit; 20  
**E**rumpens quoscunque petit, laceratque, furore  
Aequali, infantes decrepitosque senes:  
Sic plebs Francorum cunctas dirumpit habenas.  
Perque omnes vicos sic furibunda ruit.  
**D**iuitias spoliat, renuentem mittit ad orcum;  
Quae non arrident, consecat ense fero.  
Corripit inuisos, terraeque in viscere condit;  
Est crimen, plebi displicuisse rudi.  
**A**n plangat coniux, an filius obsecret orbus,  
Non curat; lex est arbitrium, idque colit. 30  
Non thalamo parcit, vitiatur casta puella;  
Et renuens mulier victima caesa cadit.  
Interfectorum, vestitu, corpora, rapto,  
In mediis plateis conspicienda iacent.  
**B**arbara, crede, manus, miseram truncata per vrbem,  
Erectis hastis, membra videnda gerit;  
Aut in corporibus stratis fera turba quiescit,  
Aut nebulo rodit dente pudenda rubro.  
**D**eposita mulier natura vibrat et hastam,  
Nec solito iuuenes ense virosque petit. 40  
Abscissis ludit tenera, heu! ceruicibus aetas,  
Stillato tepidam sanguine signat humum.

Tae-

Taedet, quos cupiunt, gladio submittere lato;  
Quod fert difficilem, displicet omne, moram.

Ecce! recens inuenta probatur machina tigri,  
Victima momento qua breuiore cadit.

Hoc sic invento gaudent, exempla minuta  
Instructae vt mensae conspicienda ferant.

Subiacet hic, ferro suspenso, humana figura,  
Collaque fictitius daedala perdit homo. 50

Desectum caput in corbem delabitur altam,  
Machina et inficitur parua liquore rubro.

Haec sunt conuiuis spectacula cara, voluptas  
Per rigidos animos barbara, crede, fluit.

Sic sustentatur deferuens flamma; cupido  
Efferat caedendi sic alimenta capit.

Pocula collidit conuiua: Licentia viuat;  
Rex pereat, Regnum Regicolaeque! canens.

Nec satis est, pueros iugulare patresque furori.  
Ecce! tibi insidias, Rex, quoque turba struet. 60

Non memor imperii mitis, tibi crimina soli  
Maiorum innocuo cuncta luenda dabit.

Viperea surgunt ter centum mente tyranni,  
Atra prognati nocte, feraeque tigres. 16)

Humana exutis natura forma remansit;  
Pectore sub rigido saxea corda latent.

Incedunt homines, sed agunt ex more ferino;  
Non rubeo venae sanguine, bile tument.

Instar latronum, dominis patrimonia tollunt;  
Et magnae spoliis accumulantur opes. 70

Coniuge, direptis opibus, praesente maritum  
Sternere praecipiunt, progeniemque probam.

Crimen habent omnes, bona queis Fortuna benignis  
 Inconstans palmis vberiora dedit.

Millia per piceas miserorum inclusa cauernas  
 Plangunt in lato viscere, terra, tuo.

Pars compressa gemit contracto in carcere, mortem  
 Implorans, vt opem blanda repente ferat.

Parcite, solliciti, precibus; tortoribus 80  
 Ipsis Franciadum vitas abbreviare placet.

Centum carnifex iam, (sufficerentne catastae?)  
 Captos mactatum per loca iussa volant.

Vt lupus immanis, rumpens per ouilia, matres  
 Et niueam sobolem fause rubente vorat:

Sic immissa caterua latronum saeuit, et ensis  
 Caesorum iusto sanguine stillat edax.

Hi nisi sufficient caedi fortasse ministri,  
 Tolluntur miseri perbreuiore via.

Lintribus imponunt partem fallacibus, auctis  
 Piscibus vt medio flumine praeda natent. 90

Prosternit plumbi cendentis millia grando;  
 Ecce! cadunt, veluti grandine poma cadunt.

Nilque valet probitasque fidesque illaesa; fidesque  
 Et probitas maculam criminis ipsa dedit.

Innocuas partes non iudex integer audit,  
 Nec pro suppressis verba patronus habet.

Excutiunt faciles si crimina ficta reorum,  
 Succumbit diues, diuiniisque luit.

Anxia subducit vultum, summasque reuertit  
 Aet eris in sedes, pacis amica, Themis. 100

Lancibus exspoliata fugit gladioque seuero,  
 Nec iustos oculos vitta sacrata tegit.

Lance

Lance tua saeui, Themis, indiguere tyranni,  
Certius vt ditis pendere fata queant.  
**C**ommaculant gladium direptum sanguine ciuis;  
Vltor nam gladius criminis esse sinit.  
Infula quid prosit, quaeris, diuina tyrannis? —  
Velata, en! fraudes turba videre nequit. 17)  
**H**aec facies regni, cum Rex euadere vellet.  
Ast tentata parit quae tibi damna fuga!  
Te regno clamant, Rex, adduxisse ruinam; 110  
Perdere te Francos proditione tuos.  
Sparguntur passim mendacia, turbaque saeuit,  
Perfidus et flammarum denuo frater alit.  
Nec tamen effugies vindictam; iustaque, monstrum,  
Iam tua, queis squalles, crima poena manet.  
Concita plebs Regem turbatum poscit, ad altam  
Proripitur, nutu conglomerata, domum.  
Nuntia propositi diri, libratur ad arcem  
Attonitam penna Fama fugace memor. 120  
Nec mora, compositus stat, fida caterua, satelles,  
Acclamans animum, fortiter arma vibrans.  
Vt riget, incassum tactus spumantibus vndis  
Ad pontum, victor tempus in omne, silex:  
Sic sub vexillis, exspectans ense latrones  
Stricto, regalis statque rigetque cohors.  
Turba propinquat hebes; gladii cristaeque coruscant;  
Vexilla infuso flamine torta tument.  
Aura sonat rauco per vicos murmure, quali  
Floribus in roseis sedula stridet apis. 130  
Arcis in armisonae concurrunt fronte cateruae;  
Caesorum fuso sanguine terra rubet.

Hic gemit, ille fremit truncatus; concidit illuc  
Fortis equus, mutila hic cuspide membra iacent.  
Post aciem volitant, horrenda voce tribuni  
Iniiciunt animum, iussaque saeva canunt.  
En! tormenta tonant, immania pondera torquent  
Igniuomae fauces, integer ordo cadit.  
Sic tonat Aetna, cauae recludens viscera terrae,  
Sulphureosque ignes nubila in atra vomit. 140  
Viribus intentis pugnatur, sidera donec  
Pallida proueniunt, Lunaque moesta rubet.  
**A**bducunt Regem; capto solatia sola  
Concomitans coniux, progeniesque manent.  
Indignus suetis iam declaratur habenis;  
Sexcenti pro uno sceptr'a thronumque petunt.  
Hac tamen immani poena non flectitur ira  
Plebis; plebs clamans: Rex moriatur! ait.  
Rex accusatur; facunda calumnia 18) fingit  
Crimina tot, guttas Sequana quotquot agit. 150  
Non vnuis causam misero pro Rege perorat;  
Pro domino faciunt irrita verba suo.  
Sic lupus insontem, questus, quae fabula narrat,  
Agnum narratur fauce vorasse fera.  
Heu! venit atra dies, qua Rex ceruice, nefanda  
Crimina maiorum stultitiamque luat.  
Heu! venit, et plaudens hanc improba turba salutat;  
Candidus at ciuis publica fata gemit.  
Reginae caecus dolor arcto in pectore saeuit,  
Vox haeret, sensus frigida membra fugit. 160  
Pallida dirumpit, vita redeunte, capillos;  
Largis et lacrymis pectora moesta rigat.

„Quo

„Quo ferar? vnde petam lapsis solatia rebus?  
„Anchora iam nostram non tenet vlla ratem.“  
Pectora nec Niobes tanto lacerata dolore,  
Phoebus cum sobolem spemque necasset, erant.  
Non magis Eurydicen dilectam planxerat Orpheus,  
Imas ad tenebras dum rediuiua redit.  
Ad graue supplicium Regis Regina vocati  
Pendet ab ore, gemens vltima, Care, vale: 170  
En! genua amplectens proles linquenda paterna,  
Non vult affliti patris abire pedes.  
Frustra tentatis, numeri, depingere luctum;  
Est leuius, lateres, credo, lauare rubros.  
Magnanimus contra LvDOVICVS carcere prodit;  
Insontem sequitur plebs titubante pede.  
Ascendit firmo passu constansque catastam  
Rex, ferrum lacrymans exitiale subit.  
Haud aliter, quem olim damnauit liuor inermis,  
Ebbit Actaeus pocula dira senex. 19) 180  
Regius adspectus populi ne pectora flectat,  
Tympana mox plectit, mox canit aere cohors.  
Sic vindicta furens victrix horrenda tropaea  
Erigit; et tristis velat Apollo facem.  
Lilia crudeli ceu flamine concutit Auster,  
Concussa vt frangit, fractaque sternit humi:  
Rex ita post luctum, corroso corde benigno,  
Fractus, Francorum faece furente cadit. 20)  
Haud dubie Aeneadum puniuit mitius olim  
Virtus Tarquiniae facta nefanda domûs. 190  
Lenior oppressae Romana in corpora gentis  
Martius et Marius, Syllaque victor erat.

Sic non Antonii, non saeuiuere Nerones;  
Tigribus, ah! Phalaris mitior hisce fuit.  
**F**iliolus fato et Regina trahuntur eodem, ast  
Matre patris plorat longius ille necem.  
**F**ilia, naufragio communi sola superstes,  
Tempora post luctum splendidiora videt. 21)  
**N**atio regales tollit gazasque domusque;  
Et nunc est populi, quod modo Regis erat. 200  
**N**ec satis horribili est, viuos mactare, furor;  
Cum iam defunctis bella libido gerit.  
Nam si quis princeps spatiova surgit arena,  
Aereue conflatus marmoreusue nitet:  
Seu gladiis armata, fera seu turba securi,  
Artificum mutilans nobile sternit opus.  
Non honor antiquis monumentis iustus habetur;  
Barbariesque ferum tollit ad astra caput.  
Calcatur pedibus celebris pictura superbis;  
Sic maculata luto, vel lacerata perit. 210  
**A** nebulone viri meriti spurcatur imago,  
Qui decus et saecli, deliciaeque fuit.  
**C**oncidit hic statuae truncatum corpus, et illic  
Altis in stipulis membra polita latent.  
Si qua columna teres, tumulusue, arcusue triumphi  
Eminet, interitum damnaque dura dolent.  
**A**egre quodquod opus rabidis elabitur vlnis,  
Pro vili pretio callidus emtor habet.  
**V**erbaque qui faciunt, pro muneribusque sacrisque  
Musarum, vitâ dictâ soloue luunt. 22) 220  
**V**andalus, o! quondam magis est veneratus inermes  
Artes, quas hostes cultior hostis habet.

Tan-

Tantam barbariem gignit, tantamque ruinam,  
Vindictae et studium caeca libido parit. 23)  
Haec utinam densa caligine tempora mergi  
Possent, aeterna et nocte nefanda premi!  
Annales condent sed barbara facta fideles,  
Perleget et lacrymans attonitusque nepos.  
**O**mnia, fida comes, poteris vix, Musa, referre;  
Verbaque scribenti deficiuntque notae. 230  
Ditia templa vides spoliari, resque sacratas  
Sacrilegis manibus, vasaque sancta rapi.  
Diuitiae in nummos, campanae flantur in enses;  
Conflari in glandes organa celsa vides.  
Horrendum dictu! Iehouae cultus habetur  
Crimen; templa piis cantibus alta vacant. 24)  
Munere, lege, miser priuatur honore sacerdos,  
Coetibus hinc vetitus dogmata sacra loqui.  
His qui decretis obsistere clericus audet,  
Cogitur, en! patrio vertere terga solo. 240  
Gramine stramentisque refertas conspicis aedes  
Sacras; frumentis et tabulata crepant.  
Pars quoque templorum prensos complectitur hostes;  
Arma premunt partem; caetera condit equos.  
Pars saeuos gremio recipit non parua tyrannos;  
Diris consiliis laeditur ipse locus.  
Pro clero cathedras sacras ascendit acerbus  
Orator, nugas dictaque saeuia vomens.  
Hic, quem consortis faciles dignentur honore,  
Consultant, fata et cui properanda putent. 250  
Quomodo sit, statuunt hic, conseruanda tyrannis,  
Ordinibusque sacris eripiantur opes.

Omnis

Iussibus et subitis omnis disiungitur ordo;  
 Concilii raptis accumulantur opes.  
 Cogitur inuitus monachus deponere vestem  
 Proceram, velum relligiosa sacrum.  
 Denique, regna noui rectores Francica mutant,  
 Exeat vt manibus Francia tota noua.  
 Non placet aedifici veteris pars, formaque prisca;  
 Machina tota igitur dissoluenda datur. 260  
 Ast minus exstructum, puto, commendabile forma  
 Materiaque probo cuique videtur opus.  
 Non sic oeconomus prudens! perplurimus inquit;  
 Hic vitium emendat, tollere salua vetat.  
 Alia sed in cunctis Franco placuere tyranno.  
 Et quid substituit? Stramineam, ecce! casam.  
 Num mirum? An bene res fundatur publica, quando  
 Leges ludibrium, relligioque manent?  
 Iuribus an caruit vetus almis Roma, sacrisque?  
 Moribus insanis num viguisse putas? 270  
 Virtutes legesque proborum imitare Quiritum,  
 Sed vitium caute stultitiamque fuge.  
 Laudibus, en! virtus celebratur prisca; nec vnu  
 Nunc quoque Romulidum tollit ad astra fidem  
 Nomina nonne pio memorat quisque ore Camill  
 Fabricii, Curii, legiferique Numae?  
 Vltor nequitiae, quis non tua nomina, Brute;  
 Quis non magnum animum, Regule iuste, tuum?  
 Quis non miratur bis sex monumenta Quiritum,  
 Artem legiferam, reliquiasque graues? 280  
 Quem nunc Romanas, deleto limine prisci  
 Imperii, leges, quaeso, valere fugit?

Torri-

Torrida sed veluti rapit ignis vimina nutu,  
Saxa tamen rabido rodere dente nequit:  
Sic, quae constituit caute prudentia, durant,  
Legibus at subitis cauta, ruina rapit.  
Sicuti concredit medicastris nemo salutem  
Prudens, qui morbos tollere morte solent:  
Quid mirum, si odio reprobique probique tyrannos,  
Aegro qui regno caede medentur, habent? 290  
Terribili regno Francorum plurimus exit,  
Desertisque bonis regna propinqua petit.  
Pars peredit gazas externis tutus in oris,  
Et parti praebent extera castra cibum.  
Huic artes, translata illi commercia victum  
Praebent; et partem dextra benigna iuuat.  
**I**niectum non vna iugum prouincia rumpit;  
Iniusta et porro vincula ferre piget.  
En! libertatis simulatae displicet arbor, 25)  
Et choreae circum pinea spectra leues. 300  
Suntque rubrae iusto iuuenique senique dolori  
Mitiae; ludibrium sed puerile iuant.  
Iam serpit bellum collapsi in viscera regni,  
Et iugulans ciuem ciucus ensis adit.  
**V**ngula fortis equi segetes deuastat amoenas,  
Contrita stipula saucius albet ager.  
Effugit insidias vix stultas fertilis arbor,  
Poma nec in viridi fulgida fronde micant.  
Et luget vitis desectos orba racemos,  
Et rara in foliis tristibus vua rubet. 310  
Quercubus interitum sanctis vibrata securis,  
Hostis vt impediant castra, minatur atrox.

Agri-

Agricolae metuunt infundere semina terrae  
Solliciti; dubitat taurus inire iugum.

Vae tibi, Lugdunum! Satiabis guttura primum  
Hydrae centicipis, iussaque spreta lues.

En! tua suggreditur iam moenia miles acerbus;  
Tormenti regio mole propinqua gemit.

; Vim vi pellamus; tueatur et, incola clamat,  
„Fortis coniugium filiolosque manus.“ 520

Horrida maiores vires vindicta ministrat;  
Aequali pretio vitaque morsque valent.

Sulphure ceu grauidas findentia fulmina nubes,

Inflammant turres ruricolaeque casas;

Et densam coruus se immergit in ilicis vmbram,

In latebras fugiunt cerua leoque nigras;

Nec nisi deserta reperitur calle viator;

Aura tonat; messis grandine, flosque perit:

Igneus obsessam sic imber territat vrbem;

Inque leues cineres tecta soluta ruunt. 530

Flamma furit, tepidis ad sidera subsilit vndis,

Nigras per plateas saeva fauilla volat.

Aestuat haud aliter flammans flagratque Veseuus,

Quum nigros cineres, rubraque saxa vomit.

Non iuuat iratam fluuiis extinguere flammam;

Inque casis clausis siphon quiescit iners.

Deportat praedam vix territus incola vitam,

Cumque opibus partis merxque domusque perit.

Ardua dispositus sed circa moenia miles,

Damnorum vindex, nulla pericla timet; 340

Quercea ceu, coelum per saecula passa malignum,

Insultans Boreae sylua furore feri.

Tor-

Tormenta immittunt plumbatarum hostibus imbre  
Vrbica, terrore et ciuica castra replent.

Turribus ecce! tholi demuntur; templa suprema,  
Vertice sublato, tela virique premunt.

Terra paumentum ponit, pro tramite strato  
Lurida nudatum tinct arena solum.

Incola nocte frequens tumidos erumpit in hostes,  
Postque feras caedes vrbis in antra redit. 350

Haud aliter laqueis hostilibus vndique cinctus,  
Perrumpit, perimens obuia quaeque leo.

Hostis at in numero firmatus milite, muros  
Lugduni armatos conglomeratus adit.

Igne diu saeuo, rigido pugnatur et ense;  
Fossa tumet caesis, valla crux rubent.

Admotis tandem concidunt moenia scalis  
Hostes, vrbicolas praesidiumque fugant.

Inuehitur portis furibundus victor apertis;  
Ad caedes stimulat dira Megaera nouas. 360

Corporibusque animisque feris certatur vtrique,  
Certanti vires spes odiumque parat.

Tristia fata iubent obsessos cedere tandem;  
Dedere victori seque suosque focos.

Depositis armis, longe lateque vagatur,  
Quaelibet abripiens, victor in vrbe bona.

Intactum quicquid circumflua flamma reliquit,  
Si nequit auferri, perditur ense sacro.

Ceu lupus, occiso cane, nocte potitus ouili,  
Lanigerum terret dilaceratque pecus: 370

Sic iuuenesque senesque immittit miles in orcum,  
Et veniam frustra sponsa neposque petunt.

Matri-

Matribus infantes praedatur ab ubere natos,

Dissecet ut fidi pignora cara tori.

Orbarum ut matrum singultus finiat, idem

Immolat has gladius, caede frequente tepens.

Infert attonitae matri, castaeque puellae

Vim, vique illata, praua libido necem.

Hic truncata natant in sanguine brachia largo,

Et caput abscissum lumina torua mouet.

Illic nudatam sobolem sociamque maritus

Luget; sed miles corpora ridet atrox.

Rusticus ut gaudet demessis messor aristis,

Et fruges, cinctus tempora flore, legit:

Sic rudis impuni miles de caede triumphat;

Pocula collidit sanguine tincta manus.

Maiores non passa fuit Carthago ruinam,

Scipio cum victam victor iniret ouans.

Aequalem sortem Solyma est experta superba,

Quam Titi aequauit nobilis ira solo.

Talia, donauit quam nomine virginis hostis,

Vrbs 26) pia pro patria relligione tulit.

Tot tibi, Lugdunum, pepererunt damna tyranni,

Queis fraus, non virtus, Francica sceptrta dedit.

Sed non impunes crudelia facta patratis;

Vos sequitur vindex, certaque poena manet.

Vsque super cervice chalybs dependet equina

Ex seta, complens impia corda metu.

En! incerta premunt atrae vestigia curae,

Stant simul in curru, nauigioque sedent.

Nec sapit appositus potusque cibusque trementi;

De lecto somnum torua Megaera fugat.

Stant

380

390

400

Sunt circum inclusos, comites delicta fideles;  
Vixque foras audent solliciti ire pedes.  
**I**am, Marate 27), petit tua sordida corpora Corday,  
Transfixum cultro vindice pectus atrox.  
Obscurat virtus haec, facta audacia, Tibris  
Candida cum ferret, Cloelia 28), membra, tua.  
**H**aud aliter Iudith se fert in castra propinqua,  
Atque Holoferneum dissecat ense caput. 410  
**A**emula nunc iuxta te, Scaeuela 29), Virgo nitebit  
Francica; florebit nomen vtrumque pium;  
Florebit, donec scintillant sidera coelo,  
Albula vel Ligeris donec abundat aquis.  
Scaeuela Porsennae cum in regia castra veniret,  
Pro rege innocuum percutit ense virum.  
Non negat aduentus caussam, correptus ab hoste,  
Ast hos Romanos protulit ore sonos:  
,,En! me Romanum! Vestitus et ora (reponit  
,,Iam simulata loquens pallia) dicta probant. 420  
,,Mittunt et populus me Romanusque senatus,  
,,Regis vt hac feriam corda sinusque manu.“  
Dixerat, et flammam in vicinam brachia tendit,  
Tostaque caeruleo fortis ab igne trahit.  
,,Tales ter centum post me in tua damna necemque  
,,Mittendos numerat Roma superba viros.“  
Ferme eadem Corday iugulato casta Marato,  
A famulis monstri cum caperetur, ait 30).  
Fortiter ascendit gratam damnata catastam, et  
Pro patria, vt Codrus 31), caesus ab hoste, cadit. 430  
At quis, quae restant, priuet ceruicibus hydram?  
Candidus in querulo pectore ciuis ait.

B

Ne

Ne timeas! Coelo iam lux optata rubescit;  
Ecce! caput princeps 32), plaudite! glande perit.  
Denegat officium tentanti scribere nomen  
Turpe, tyrannorum maxime, penna tuum.  
Vix credet, quondam lustrans annalia fida,  
Posteritas, vllum haec monstra tulisse solum!  
Et tamen insani iactabant, aurea Francis  
Caecatis studio tempora nata suo 33). 440  
Criminis et reliquos socios squallente theatro,  
Vnum post alium strenua fata vocant.  
Ceu, prope si latitet, latasue reuerberet auras  
Miluius, in latebris moesta columba sedet;  
Attendens gyros, vix spirat pressa timore,  
Hoste auras demum sed redeunte capit:  
Sic semper Francus viuebat, praeda timoris;  
Tortores pereunt; et noua vita redit.  
Fallere Franciadas aures oculique videntur,  
Somnia somniferus cara ciere deus. 450  
Vt, quem luminibus genitrix olim edidit orbum,  
Cuique dein visum dextra perita dedit,  
De rerum nouitate stupet, circumdatuſ hortis,  
Turribus et fluuiis, frugibus atque casis:  
Sic oculis tandem, miratur Francus, apertis,  
Nunc libertatem, fractaque vincla sibi.  
Ast non per multas gaudet res publica lunas,  
Qua tamen indiguit lassa, quiete data.  
Quid mirum? Non est, quassatam fluctibus atris  
Qui clauo instructus, dirigat arte ratem. 460  
Hinc duplex, populo non refragante, senatus  
Eligitur, regni qui decus omne capit.

Hos

Hos placet a reliquo patres distinguere ciue,

Vestitu officio conueniente dato.

Sed latet extincto funesta sub igne fauilla,

In flammam crescens terribilemque facem.

Ad Ligerim tractus vexant vastantque latrones; 34)

(Nocturno a raptu nomina praedo tulit.)

Despoliant pagos et sparsim dissita tecta;

Oppida conterrent, obsidione premunt. 470

Rusticus innocuus pingui turbatur in agro;

Balantes querulo diripiuntur oues.

Vim vi cum pressus depellere villicus audet,

Impune occisus corruit ense suo.

Ridet, quas ciues contra misere propinqui,

Paruas, praedonum saeuia caterua, manus.

Insilit improuisa vagantes turba cohortes

Ex syluis, aufert arma, virosque necat.

Sic aquila esuriens summas se immergit in auras,

Obseruans acri lumine quasque plagas; 480

Conspecta praeda, rapidis delabitur alis,

Plumatos pullos irruit atque rapit;

Auxiliatura matris tentamina spernens,

Quae circum trepidans voce gemente glocit;

Praedam vel secum tenues etollit ad auras,

Fronde vel immanis sub propiore vorat.

Sollicitis mittit maiores Francia turmas,

Atque nouas clades patria rura vident.

Iusta tanien vincit permultis causa necatis,

Pellitur in latebras praedo, quiesque redit. 490

Gaudia cum laeto miscet victore colonus,

Et grates soluens, tollit ad astra manus.

Ne laetare nimis! Non praeteriere pericla!

Vt vires capiat, praedo superbus abest.

Nam veluti centum ceruices gignit in hydra

Proscissum ense caput, terribilisque manet:

Haud aliter numerum caesorum complet inultum

Colluuius, meditans damna parare noua.

Denuo prorumpit, sed sanguinolenta recurrit,

Militis et studiis excubiisque latet.

500

Sicuti tempestas exorta haud territat vnum

Tractum, sed terrens proxima in arua migrat:

Sic quoque Rhenanas Mauors inuaserat oras,

Conterrens vrbes innumerisque casas.

Patria securus iam Teuto vocatur ad arma,

Illatum vt saeuo vindicet hoste nefas.

Ecce! lubens sequitur Germanus castra ducesque;

Promtus pro patria relligione mori.

Contra sacrilegos animosus sacra tuetur,

Contra inopes duro parta labore bona.

510

Pro sponsa sponsus, pro dulci coniuge coniux

Proque parente pius filius arma capit.

Quem proauus coluit, pro pingui certat agello;

Principe pro iusto, quem veneratur, amat.

Vincere consuetusue mori, mox vibrat in hostem

Enses, mox plumbi grandine terret eum.

Fortia committit cum Teutone proelia Francus,

Mutua concedunt eripiuntque loca.

Inumeras Mauors turmas demittit in orcum,

Sanguinis et bibere, heu! flumina terra nequit.

520

Vltima semianimis dicit suspiria corde,

Vindictam spirat vulnera parua ferens.

Pul-

Puluere commixto natat aut alto hasta cruore,  
 Aut manus, aut ensis, signaue demta viro.  
 Ilic humanum corpus quassatur equino;  
 Hic equitis lapsus nobilis angit equum.  
 Adstupet e cannis Mauortia gesta nepotum  
 Teutonis, et timidus Rhenus in antra fugit.  
 Aequae debetur virtutis gloria Franco,  
 Qui male vestitus nulla pericla timet. 530  
 En! Hippocrenes 35) memori dependet imago  
 Ante oculos, clades, foemineaeque fugae.  
 Inque animum reuocat maiorum gesta superbum,  
 Et quae de Gallis grandia Caesar 36) habet.  
 Vae tamen oppressis a Franco tractibus atro!  
 Vae tibi nunc opifex, vae tibi, rura colens!  
 Laetificas messes metit hosticus ensis et herbas;  
 Immissiue terens vngula perdit equi.  
 Purpurea in gracili nusquam rubet vua racemo;  
 Hostiles ignes saucia vitis alit. 540  
 Agna cadit cultro, vt repleantur guttura Franci;  
 Diuitias niueas plangit ouile vacans.  
 Imperat immensos trepidantibus vrbibus hostis  
 Nummos; iussa minis, poscitur ense, rata.  
 Indusium Francis Germanica consult vxor;  
 Gratuitas vestes sartor et ipse facit.  
 Tegmina sutores pedibus centena iubentur,  
 Atque opifex pannum, lintea texta dare.  
 Quique negat, Francus quae voce minante poposcit,  
 Pareat vt iusso, hunc ense monere placet. 550  
 Haec est libertas, a Franco reddita seruis;  
 Quo spectro captus Teuto propinquus erat 37).

Verba dedit; sine re donauit nomina Francus;  
Nugas deceptum vanaque verba docet.  
Plantatur multis fallax solennibus arbor,  
Vilia, Libertas, dona dicata tibi.  
Ad numerum ducunt puerorum more choreas;  
Publica res viuat! sylua domusque sonant.  
Iam praedas alias audius circumspicit hostis,  
Nec, quas non habeat, conspiciuntur opes. 560  
Sicut, ubi lolium et steriles dominantur avenae,  
Pro pingui stipulas messe colonus habet:  
Sic rapto, quicquid pretiosi quisque tenebat,  
Non licet Harpyiis tollere plura feris.  
Haud aliter faciunt, loca si inuasere, locustae,  
Quae fruges, herbas, poma comasque vorant.  
**A**d te, Belga, vices redeunt, (miraris?) opesque  
Omni quaesitas ex regione tuas,  
Iam legitur miles, veteranisque additur; enses  
Cuduntur; Francus castra mouenda iubet. 570  
Belga pericla videns, fremebundus currit ad arma;  
Queis fregere olim vincula dura patres.  
Hostis adest; fortis se opponit Belga, suorum  
Ipse tamen nigra proditione cadit.  
Hic quoque crudelis fax belli accenditur ergo?  
Bellonaeque manus dira flagella vibrat?  
Quam vis desperat manifesta attingere metam,  
Fallax attingit sermo, dolusque potens.  
,,Venimus, vt dentur vobis aequalia iura 58),  
,,Atque tributorum diminuatur onus, 580  
,,Sint sua cuique intacta bona; illaesisque fruatur  
,,Quisque suis patriis legibus atque sacris.  
,,Non

,,Non contra ciues vestros suscepimus arma;

,,Qui vos offendunt, spicula nostra petunt.

,,Iustitiam colimus, sequitur pietasque fidesque

,,Militiam, et nostros aurea saecla gradus.

,,Non lucri cupidi, volumus vos esse beatos;

,,Vt sit certa salus, corpora nostra damus.

,,Haec vestro fortis inimico opponimus ipsi;

,,Haec rediment pacis sanguine dona suo. 590

,,Coepta iuuat Fortuna, iuuat Fortuna cateruas;

,,His nostris manibus lucra necemque damus.

,,A vobis pendet, funesta secundaue fata

,,Eligere; hinc trutina pendite cuncta pari.“

Proclamat bellax Francorum talia ductor;

Quae secum reputat, voce silente premit.

Haud aliter vulpes, (refero, quae fabula narrat,

Certius vt praedae corripiantur, agit.

En! verbis credit fucatis Belga dolendus;

Mox sero, Francum verba deditse, videns. 600

Nonne caret culpa? quaeris. Quis praeferet, inquis,

Sperando lucro damna, malumque bono? —

Ast libertatem dederit, qui vincula gestat?

Num pacem, interna qui ipse quiete caret?

Publica num vtilitas seruanda est absque tributis,

Num sine remigio, quaero, regunda ratis? —

Hosti, tempora qui meliora reducere spondet,

Credens Belga, nouo dat sua colla iugo.

Inuehitur ductor munitas hosticus vrhes;

Et custoditur milite porta suo.

610

Percipit attonitus, pro libertate quid hostis

Exigat; est pretium flebile, Belga strepit.

„Viribus hinc iunctis, prouincia caetera dicit,

„Hem! defendamus nos patriosque focos.

„Magno constabit rebus defensio nostris,

„Vilia sed serui nomina ferre pudet.

„Ceu, quando cancer corpus corrosit acerbus,

„Ne late serpat, membra secanda forent:

„Sic nobis quaevis tententur dura, sodales;

„Aut nostrae res, nos hostica praeda sumus.“ 620

Nec mora, perfodiunt sua propugnacula, moles

Fluctibus infestis oppositasque mari.

Iamque, vbi floruerat pratum, steteratque papauer,

Ludunt pisciculi, stagnaque lata nitent.

Ludere sed tumidis tepidus sinit Auster in undis,

Carpere Naiadum Nereidumque choros.

Succedit Boreas; riget alba barba pruinâ,

Concrepat in dura lubrica fronte coma.

Hic gelido flatu molimina subleuat hostis;

Votaque non audit, candide Belga, tua. 650

Peruolat immissum in terrae praecordia pontum;

Marmoreis vinclis colligat asper aquas.

Sicque struit pontem, sic non imitabile ponit,

Ipsa quod adstupet ars, flamine flamen opus.

Transit votorum compos, densaque cohorte

Nondum expugnatam permeat hostis humum.

Post breue certamen, quae restant, se oppida dedunt;

Claues fert, oleam, praeco, tenente manu.

Hae num sufficient? Non! Poscit Francus et illas,

Queis queat ad gazas dextra venire rapax. 640

Nunc demum, argento cistis auroque refertis:

Res, res Francorum publica viuat! ait.

Et

Et Belga? — est liber! socius, sed subditus; vno  
Millia pro domino, quae moderentur, habet.  
**D**isplicet hoc Anglo. — Mauortia proelia pontus  
Naiadesque vident regna subire sua. —  
Contra communes hostes pugnare paratus,  
Cum Germanorum Caesare foedus init.  
Aedificat, Francum vt subigat sociosqus superbos,  
Classes, augeri castra cohorte iubet. 650  
En! petit hostiles classes, prenditque natantes,  
Demergitque sua dexteritate rates.  
Incenditque alias; praedaque reuertitur aucta  
Victrix ad patrias Anglicā classis aquas.  
Iam redit insidians, ac subsidia omnia tollit,  
Franco quae laeto classis amica tulit.  
Audax se insinuat munitis portibus Anglus,  
Inuentasque fero destruit igne rates.  
Callidus exponit turmas hostilibus oris,  
Vt iugulet ciues, Francia, ciue tuos. 660  
Nec Fortuna fauet; pereunt tentamina; ciues  
Infesti pereunt, depositique viri.  
**A**dspicit indignans spectacula Francica lensus  
Hispanus, metuens inde pericla sibi.  
Displicet, innocuum Regem cum stirpe perisse,  
Exemplumque fera morte dedisse malum.  
Displicet, in terras circumferri arma propinquas,  
Francorum et vires crescere quoque die.  
Indicto bello, Francorum prouocat arma,  
Millibus occisis, factus amicus abit. 670  
**A**d Rhenum pergit Mauors saeuire, suoque  
More, agris caesos accumulare viros.

Tratae eripiunt partes mox oppida clara,

Mox cedunt, morti et millia multa vount.

Arridet Fortuna cohortibus hostium, et armis

Praebet Teutonicis ora maligna dea,

Praeterea, quicquid commentum est tempore quo quis

Ingenium, Francus commoda ferre docet.

Francica calliditas concendit nauibus 39) auras,

Castraque perlustrat, Teuto, manusque tuas. 680

Nuntius accipiturque daturque per ardua signa 40),

Grandia siue gerant, auxiliumue petant;

Ipse inquirit adhuc Germanus mente sagaci,

Cui laus inuenti sit tribuenda grauis?

Artibus his peperit quam grandia commoda Francus?

Quam facile his hosti vincere saepe fuit 41)?

Teutoniae placet et reliquas inuisere partes,

Proferre in nostras longius arma plagas.

Expugnat nolens expugnare; optat amicam

Pacem, sed dominis reddere raptam negat. 690

En! libertatem votorum ait esse cacumen;

Ripa tamen Rheni terminus esto! iubet.

Conficit in Rheno pontes, a Teutone spretis

Iussibus, accedens horridiore manu.

Germanum reprimens, vrget vestigia pulsi,

Et Francofurti moenia primus adit.

Postulat, Austriacus ditem dux tradat vt vrbem;

Hic tamen: Expugna, quam petis! asper ait.

Nec mora, tormentis dux ciuica valla coronat,

Occluditque vias, turriferasque fores. 700

Francus at igniuomas circum vaga moenia plantat

Fauces, vastat agros, et loca celsa capit.

Exci-

Excipit hinc ignes et ferrea pondera pressus  
Incola, cum censu tecta perire dolens.  
Flagitat Austriacum, patienti ut consulat vrbi,  
Perniciem et misera vertat ab vrbe, ducem.  
Hic: „Et ego, ciues, ait, infortunia vestra  
„Sentio; at officium, dedere valla, vetat.“  
Denuo sollicito ciui igneus imber ab hoste  
Mittitur e summis, queis redimitur, agris: 710  
En! damna vrbicolas maiora prioribus angunt;  
Flamma, vorare minans templa domusque, furit.  
Aduolat attonitus, siphone armatus et vnda  
Ciuis; vix latices sufficiuntque manus.  
Concidit hic tectum, casa paruula corruit illic,  
Scīntillae et lapsu tecta propinqua petunt.  
Infundunt vndas; latitat paullisper et ignis,  
Sed post exauctis viribus ipse redit,  
Hic perit in flamma, suffocatusue ruina,  
Alterius glandes corda caputque petunt. 720  
Vidit, quanta dedit, Kleberus damna coactus,  
Atque oculo turmas haecce minante iubet:  
„Ciuibus innocuis vrbique inhibete nocere;  
„Vulnera sunt facili facta fouenda manu.  
„Iam, positis armis, miseris succurrite lympha  
„Et siphone; breues accelerate vias!“  
Nec mora, vicinos in pagos, fulminis instar,  
Iussibus humanis laeta caterua volat.  
Faucibus ignidomis vasisque armata recurrit,  
Et iam turritas sistitur ante fores. 730  
Auxilii tubicen dat candida signa propinqui,  
Aduentus causam miles et ipse docet;

Com-

Compulsans portas, „Ciues! aperite! venimus,  
„Depositis armis, tollere vestra mala.“  
**E**xultat ciuis, seruatoresque salutat,  
Austriacumque ducem, id quo patiatur, adit.  
Hic tamen: „O cari, nimium ne fidite verbis,  
„Forte sub auxilio frausque dolusque latent.  
„Me miseret, ciuis, sortisque tuique doloris;  
„Consilii euentus experiere breui.“ 740  
En! Francos, grates soluens, dimitit inermes;  
Ac duce cum Franco pangere pacta placet. 42)  
Ignibus extinctis, vrbs anxia traditur hosti,  
Austriacusque refert in loca tuta pedem.  
Optata insegitur laetus vestigia Francus,  
Caetera Teutoniae frangere Marte minans.  
Quis Germanorum non plangat tristia fata?  
Fataque non optet prosperiora pius?  
Teutonis ipse animum venerari cogitur hostis,  
Neruosâ et metuit tela vibrata manu. 750  
Peccat in hoc vno; crudeli humanior hoste,  
Vt pecudes, homines Teuto necare nequit.  
Ipsa sibi moles Germani formaque regni,  
Quae tam diuersis partibus extat, obest.  
**H**ostica iam metuit Franconia, Suevia pinguis,  
Anxious et Bauarus signa manusque feras.  
Solliciti redeunte animis nostrate reuoluunt  
Ciues, an maneant, an loca tuta petant.  
Pars remanet, verbis confidens lenibus hostis,  
Queis sopire lubens credula corda solet. 760  
At pars, quam fecere aliena pericula cautam,  
Cum natis, opibus, coniugibusque fugit.

Nemine

Nemine vim Francus quanquam opponente **receptus**,  
Se tamen oppressis imposuisse docet.  
Quas congessit opes industria tempore longo,  
Has, en! congestas corripit vna dies.  
Quidquid et intactum luxusque et pompa reliquit,  
Nunc demum perdit dira rapitque manus.  
**Francica** nec prodest pretio tutela redempta;  
Nam bona, quae restant, tangere nemo vetat. 770  
Cellis depressis quae delituere per annos  
Centum vina, bibax hostis humusue bibt.  
**Francica** vestitu faex non contenta, ciboque,  
Quem larga praebet rustica lance manus;  
Delicias vrget, minitans ceruicibus ensem,  
Omnem vestitum, lintea cuncta rapit.  
Quae non in latebris formosa est clausa puella,  
Summa haec naturae munera moesta dolet.  
Spurco spurca placent; arrident denique Franco,  
Foemineas formas oraue quicquid habet. 780  
Et pingues mactat pecudes mutilatue, vetantem  
Et dominum gladius viuere porro vetat. 43)  
Relliquis hostis plaustris adiungit onustis,  
Vt cum tormentis hostica castra vehant.  
Sed pecus, insuetum penso, dum spicula mittit  
Phoebus per terras, aestuat atque madet.  
Praemia sunt pastus vilis, sunt foetida lympha,  
Pro stabulo gelidum sub Ioue, nocte, solum.  
Pestifero morbo, quid mirum? armenta, coloni  
Queis solis gaudent, eripiuntur opes. 790  
Dira lues late grassatur; causaque quae sit,  
Consultant vetulae ruricolaeque, mali.

Ante

Ante placet dicta a medicis solertibus; etsi

Herbas, alter ait, semen habere luis.

Accusat nebulas alius, gelidamque pruinam;

Hanc multi poenam Numinis esse docent.

Videris ut cunctos diuersas dicere causas:

Sic tollendi alios quemque putare modos.

Ille docet nugas miseros medicaster aniles;

Herbas hic miscet dexteriore manu.

800

Aegrotas pecudes et sanas, comprobat vsus,

Seiungi; ambabus pharmaca recta dari;

Infectas propriis credi saluasque bubulcis,

Has mitti in sylvas, dum furit atra lues;

Post, ipsam cellam purgari stercore plenam

Pestifero; vtque intret purior aura, pati.

Sunt abradenda a labefactis tegmina calcis

Parietibus; muris calx noua danda foret.

Inque locum longe a pagis portanda remotum

Stercora, vel propera defodienda manu.

810

Infundi ferro candenti debet acetum,

Iuniperi in mediis vimen olere casis.

Haec spernens praecepta, greges armentaque perdit,

Atque sua culpa maxima damna facit.

Tamque lues multas vacuauit inulta repente

Villas Franconum et, Suevia moesta, tuas.

,, Deperiit quaestus tandem omnis, rusticus inquit,

,, Aufugitque simul mitis imago spei.

,, Quas non Francorum caeditque rapitque libido,

,, Horribili pecudes hae perierte lue.

820

,, Quis victum tenuem, tenuem praebebit amictum?

,, Vndeque pinguedo concilietur agris?

,, Vnde,

,,Vnde, vt possimus praestare tributa, petamus?

,,Vxori ac soboli quisue alimenta dabit?

,,Carduus et lolium in sterili dominabitur agro;

,,Horrea cessabunt, nullaque messis erit.

,,Deficiet mox nos, et pinguis caseus vrbem;

,,Amplius haud turgent vbera plena bouis.“

Huncce quis audebit iustum reprehendere luctum?

Nec sua molliri saxeа corda pati?

830

Sola, quibus premitur Germania, damna nec haec sunt;

Incipit et morum se insinuare lues.

Blanditiis opibusque a Franco extorre puella

Anxia tentatur, coniugiique fides.

Excipit hospitio, pepulit quem Francia, clerum

Teuto, sed a multis — impia probra metit.

Longum mendicos bellum parit atque latrones,

Sueuica queis praebet sylua iugumque 44) sinus.

Toti hoc Teutoniae sentinam mittit asylum;

Quod disturbari, Marte furente, nequit.

840

O! quando venient felicia tempora, sorde

Tali queis liber circulus omnis erit.

Saeuum spes alias bellum delere videtur;

Spes, sobolis iusto fingere corda modo.

,,Nam quis suscipiet curam orbae prolis eorum,

,,Heroes morti qui occubuere piae?

,,Despoliauit atrox Mauors aeraria; citi

,,Priuatas durus sustulit hostis opes.

,,Praemia quisue dabit curis studiisque magistri

,,Paruaque quinam addent emolumenta pio?

850

,,Pauperiem quis alet numerosam? Quisue benigna

,,Ciuis dotabit templa scholasque manu?

,,Com.

,Commoda promoueat quis publica? Quisue salutem  
,Ciuis? Quis minuat dura tributa pater?  
Sic queritur Teuto, fera quem infortunia belli  
Profligauerunt, corde gemente probus.  
Ne tamen abiicias animum! Est quoque tempore nostro  
Non unus princeps, quem tua fata mouent.  
**S**is, quae FRANCISCVS LVDOVICVS 45) gesserit altus,  
Pro populi vita, proque salute, memor. 860  
Hic tulit ipse diu funesti incommoda belli,  
Attamen oppressis auxiliatus erat.  
Hicce suo populo princeps, et fidus amicus,  
Hicce pater, quamuis prole careret, erat.  
Herbipolis, Bambergia fidelis tollet ad astra  
Tempus in omne pia nomina mente tua.  
**S**aevit adhuc hostis late crudelis in oris  
Teutonicis, iugulans abripiensque nocet.  
Partes coguntur Germani corporis ense,  
Pacis acerba vltro poscere dona malae. 870  
Solus FRANCISCVS contra fert arma Secundus,  
Cara nec imperii vult sua membra rapi.  
Sicuti coelestes humeris portauerat axes  
Atlas, inuoluens nube premente caput:  
Sic quoque FRANCISCVS, fulcimen Teutonis altum,  
In scapulas belli suscipit vnum onus.  
Nolens dilectam nimiis vrgere tributis  
Gentem, conflari regia vasa iubet.  
Attamen audacis conspexerat ora Bohemus  
Franci; ad certamen Saxo paratus erat. 880  
Ast Patriae Pater a patrio, prudensque bonusque  
AVGVSTVS, vertit dira pericla solo.

Non

Non metuit gladios minitantes, anxius, hostis;

Prae lauro at Iusto pinguis oliua placet.

Cordi sunt populi dilecti vita salusque,

Artes ingenuae, templa scholaeque Pio.

Fines Saxoniae florentis milite cingit

Fido, quem Francus fortius igne timet.

Gratus continua fruitur sic Saxo quiete,

Francorumque horrens dogmata saeva fugit. 890

In coeli serus discedas templa, diuque

Saxoniae intersis, o FRIDERICE, Tuae.

Interea tractus Italos inuaserat hostis,

Ad patrios praedam vt duceret inde lares.

Transit inaccessas audaci milite rupes,

Naturae adspersans quaslibet eoce! moras.

Venalemque Italum, per fauces ducat vt altas,

Annuat et coepitis, aere minisque mouet.

Impediunt Francum, in scopulis quae dissita castra,

Firmaque natura, nec minus arte, iacent. 900

Praesidium, quod inest, paruum vix indiget armis,

Audacem vt Francum pellat ab arce procul.

Incola iam tutus, castro cum saxa supersunt,

Hostis in aduersum praecipitanda caput.

Nil hic dexteritas extorquet dextraque fortis;

Nil nisi calliditas proditioue iuuat.

Emathii hinc sequitur Francus praecepta Philippi;

Hic vrbes auro vincere suetus erat.

Artibus his vrbes et castra subegit iisdem

Francus; nec ciuis sanguine terra madet. 910

Longius Hesperiam foecundam ne irruat hostis:

Obuius en! Italus Caesareusque venit.

C.

Dis-

Disiungit iunctas legiones rixa perennis,

Has Francus rixas adiuuat ipse dolo.

Iamque Italo molli labor ordoque displicet; illi

Iam libertatis Francica spectra placent.

Postulat Austriacus flagrans pugnam; ille quietem;

Et socii Teuto proditione cadit;

Namque suis quandoque petit legionibus hostem,

Ignaua socius proiicit arma manu.

Vndique per turmas confusio nascitur; vrgens

Et Francus finit proelia caede ferâ.

Ceu tumidus niuibus liquefactis limina transit

Torrens, ceu moles destruit atque rapit;

Arboris euellit radices, prataque vastat,

Et secum segetes proripit atque casas:

Vndique sic Bonapars stipatus milite fido,

Fortis inundat agros, Hesperia alma, tuos.

Insolito fluuios transmittit crure rapaces,

Nec metuit fauces igniferosque globos.

Nil valet audaces Francorum pellere turmas,

Nil hostis turbat callida copta vafri.

Olim vbi commisit felicia proelia Poenus

Annibal, hic Bonapars larga tropaea struit.

Pontificis sanctas regiones intrat; oliuam

Sed sanctus praebet corde lubente pater.

Luget direptos vrbs Lauretana penates;

Quis noua donabit dona, Maria, tibi?

Picturas statuasque suas Capitolia celsa,

Mons Vaticanus, Romaque clara dolent.

Damna eadem Mediolanum atque Placentia sentit;

Nec parcit, tristis Parma, rapina tibi.

Has

Has, ah! diuitias spatiosa Lutetia pulcas 46)

Vindicat, vt fiat Roma secunda, sibi.

Nunc trahet artificem, peregrinos, artis amantes;

Nunc famam cum Italis diuidet ipsa parem.

Hac sola ratione resarcis callida damnum,

Francia, contractum a plebe furente tibi.

Aequora dum ad Tyrrhena geruntur grandia dictu,

Quae fieri fueris non potuisse ratus:

950

En! vexata diu Franconia, Sueviaque altis

Horrescens syluis, proelia magna videt.

Austriacus Franco miles reprimente repressus,

In patriis sistit finibus, ecce! gradum.

Vicini ingreditur timor anxia corda Bohemi,

Pallor et in viduae coniugis ore sedet.

Visceribus terrae nummos occultat in altis,

Cautus tuta parens in loca portat opes.

Ast CAROLVS, gentis Germanae firma columna,

Pectore sollicito grandia facta mouet;

960

Teutoniae et magna meditatus mente salutem,

Per turmas volitans, protulit hosce sonos:

,,Imminet, o socii, nubes patriae atra pericli;

,,Pellite vos forti dira pericla manu!

,,Pulchrum est, pro patria vexata occumbere morti;

,,Proque focis, natis, coniuge, dulce mori est.

,,Francus, ludibrio cui sunt lex, ordoque rectus,

,,Relligioque, throni fortia fulcra, prope est;

,,Francus adest, suetus dextra spoliare rapaci,

,,En! regum turres, pauperis atque casas;

970

,,Francus, qui poscit, quae vires ferre recusant,

,,Qui sponsae ridet, cōningis atque fidem.

,,Huncce petat mucro! Tandem bona causa triumphat,  
,,Et meritas poenas hostica castra dabunt.“

Hortantes Francos itidem Morouius atque  
Iordanus, complent robore corda nouo.

Milite de Austriaco dispergunt vilia verba,  
Virtutemque suam flammea ad astra vehunt.

Pingues promittunt praedas, vitamque beatam,  
Iamque premunt ciues, alta Vienna, tuos.

980

Ter pede contundunt laetae titubante cohortes,  
Clamantes: Viuat Francia nostra! — solum.

Plausibus his resonant syluae montesque propinqui,  
Echoque hos repetit terque quaterque loquax.

Vtraque pars noua iam meditatur proelia, stringit  
Mucrones, spargunt iussa sequenda duces.

En! tormentorum quassatur iam aura fragore;  
Velatur fumo currus, Apollo, tuus.

Attonitus penna properante ad vimina nidi  
Libratur coruus, ceruaque lustra petit.

990

Terra tremit, plorans suspiria pectore dicit  
Ex imo, et querulos protulit hosce sonos:

,,Heu! quam ingrata diu soboles pia pectora matris  
,,Vexas, quae varium dat tibi larga cibum!

,,Tu mea deperdis petulanti munera crure,  
,,Detruncas frondes arboreasque comas!

,,Num sic flauescet segetes? Num proferet arbor  
,,Auratos foetus? Vua rubere valet?

,,Quisnam alimenta dabit fratri, armentoue gementi  
,,Pastum, quidue oculus, quo recreetur, habet?

,,Tu mactatorum maculabis sanguine fratrum,  
,,Plangentis matris denuo corda, sacro?

,,Vix

,Vix coit vulnus! Noua iam dare vulnera nostris  
,Pectoribus tentas? Iam noua damna paras?“

Dixerat, et denso velat velamine canos,

Inque sinum moestum deprimit ipsa caput.

Interea coeunt CAROLI feroore cohortes

Insolito, poscunt candida signa Ducis.

Iordanum aggreditur pars, parte Morouius illic

Vexatur; caedes incipit ipsa ferox.

1010

Hostiles cupiunt ductores iungere turmas,

Ast CAROLVS prohibet callida coepita vigil.

Diuisim pugnatur vtrimeque et more leonum,

Queis caros catulos aduena tollit edax.

Sic Fortuna diu tentari; sic modo Franci

Cedere, nunc primum Teuto referre pedem.

Iam mactatorum densi cumulantur acerui,

Et socius socii in funere pugnat atrox.

Hicce gemens animam e mutilato mittit in auras

Corpore, sed moriens ille nocere flagrat.

1020

Tandem Teutoniae Genius comparet, auitos

Inspirans animos, auxiliansque suis.

Peruolat humanis turmas non visus ocellis

Germanas; vires insinuatque nouas.

Latis hostiles plagas a Teutone pennis

Declinat, glandes praeueniente manu.

Insistit Teuto coniunctis viribus hosti,

Forti propellens arma virosque manu.

Teutone sparguntur Iordani vrgente cohortes,

Et, qui Morouio non cecidere, viri.

1030

Vix similis cladis campus Marathonius olim,

Cum Persis caderent millia, testis erat. 47)

C 3

Haud

Haud aliter caesae legiones, Vare superbe,

Teutoniae in syluis tres periere tuae. 48)

Bina haec, magnanime o Heros, victoria tollet

Immortale TVVM nomen ad astra poli.

Quid TIBI relligio, leges et patria tellus

Debent, haud triplex dicere lingua valet.

Alter eris grato Gustauus, cerno, nepoti,

Parque TIBI soluet posteritatis amor. 1040

Tandem spe missa fortis Morouius arma

E patrio statuit ferre cruenta solo.

Colligit extantes iam Sueuica sylua cohortes,

Et gremium praebent antra sinusque iugi.

En! nostris Francus circumdatur vndique castris,

Attamen e latebris expedit ille viam.

Carpitur, atque animos luit omni iure superbos,

Territus at Rheni tristis ad antra venit.

Horridiora premunt Iordani fata cateruas,

Nec densus Rheni flumina miles adit. 1050

Namque excandescens consurgit rusticus ira,

Paruaque, stipatus milite, castra petit.

,,Non hostilis equi messes teret vngula laetas

,,Amplius, aut violas, Cecropiumue thymum.

,,Non ilex hostis patietur moesta securim;

,,Vuas purpureas vinea plena dabit.

,,Cumque casa dabitur non flammea curta supellec,

,,Nec cibus a prauis commaculandus erit.

,,Nec tauri, ferro mutili petulante, gemiscent,

,,Matriue ante pedes mamma resecta cadet. 1060

,,Non hinc innocuas perget vitiare puellas

,,Francica luxuries; tuta manebit anus.

,,Tu,

„Tu, Iudee, tuae fidei praecepta tenebis,  
 „Nec quisquam coget dissimulare fidem.“ 49)  
 Infremit haec, en! rura colens, venatur et hostem, 50)  
     Erret seu sparsim, seu glomeratus eat.  
 Prosternit furca, quae portat gramina secta,  
     Humanos, ipsi qui nocuere, tigres.  
 Tollit frumenti gazas, tormenta, coloni  
     Terrores, Francis et sibi rapta rapit. 1070  
 Vindictae Franci qui non cecidere furore,  
     Celata vitae consuluere fuga.  
 Suevia purgatur Franco et Franconia saeuo,  
     Et ciuis patriae in corda recurrit amor.  
 Spernitur, a Franco celebrata, licentia demum,  
     Legibus et mauult quisque subesse suis.  
 Aurea laetati tendunt ad sidera palmas,  
     Moenibus inclusus, laetaque rura colens.  
**N**ec tamen, ad Rheni propulsis hostibus vndas,  
     Armorum strepitus, nec tuba rauca silet. 1080  
 Pampinus, vuarum celator, defluit; orba  
     Stat vitis; tegitur stramine lenta coma.  
 Iam saeuuit Boreas per tristis culmina syluae,  
     Demessis pratis alba pruina micat.  
 Iamque diu siluit pendentis carmen alaudae,  
     Et paruas agilis liquit hirundo casas.  
 Strenuus at CAROLVS 51) nondum sua pensa peregit,  
     Non curans imbrues, hostica castra petit.  
 Millibus occisis, post tot discrimina rerum,  
     Francos trans Rhenum cogit abire feros. 1090  
 Adstupet Austriaci, veneratur Francica turma  
     Virtutem, dotes, ingeniumque Ducis.

At timet Herois celeberrima nomina ductor  
 Hosticus; insidias inde parare flagrat. 52)  
**A**rgentoratum prope, 53) visum venerat Heros,  
 En! opera Austriacus Francica quoque die.  
 „Nae! non inspicies impune diutius, audax  
 „Victor, opus nostrum!“ liuidus hostis ait.  
 Vt pereat CAROLVS missa vult glande, scelestâ  
     Fraudem at muniri proditione cupit. 1100  
 Austriacae turmae sibi conciliare tribunum  
     Tentat, lingua aperit vota nefanda suâ.  
 Annuit hostili voto quoque proditor ater,  
     Luxque sequens testis proditionis erit.  
 Dicta capit, linguae bene gnarus miles, in armis  
     Haud procul hoste adstans, excubiasque tenens.  
 Dicta refert CAROLO; qui, incluso milite, dicta  
     Explorans, sibimet vera relata videt.  
 Hostica spectatum cum munimenta veniret,  
     De saeuo cautus frigore questus erat. 1110  
 Condolet atque monet, durum ne onus ipse subiret,  
     Qua stipatus erat, fida caterua ducum.  
 Quo momento vsus, CAROLVS sua munera mandat  
     Perfidiae socio, sustineatque iubet.  
 Album praebet equum, quo consideret ipse, tribuno;  
     Ille tamen tali cessat honore frui.  
 Iussus, equo vectus munimenta inspicit albo,  
     Perfidiaeque nigrae victima iusta cadit.  
 Edoctus Princeps detecta fraude revertit;  
     Moxque sibi fidum militem adesse iubet. 1120  
 Mox comparentis culpat mendacia, vocem  
     Dissimulans; saluus sum, ecce! reuersus, ait.

At

At genibus flexis miles procumbit et inquit:  
Quae cepi, Princeps, sunt referenda mihi.  
Quo dicto, grates soluens, tibi debeo vitam,  
Ille ait; vt surgat, porrigit ipse manum.  
„Non mihi miles, fide, gregarius amplius, inquit,  
„Seruis; nunc sociis praeris ipse tuis.“ 54)  
Sic virtus recipit sua tempore praemia iusto,  
Perfidus atque suis fraudibus ipse perit. 1130  
**N**unc narra, quae Italos per tractus, Musa, videbas,  
Et chartae calamus cuncta relata dabit.  
Ad Rheni ripas dum saeuit dira Megaera,  
Hesperiam replet caede cruenta soror.  
Mauortis sentit quoque Langobardia ferrum,  
Nec quidquam contra Francica coepta valet.  
Mantua disturbat tantum conamina Franci,  
Nec vis armorum proditique iuuat.  
Hoc nam circumdant castellum stagna profunda,  
Quae quoque translabens Mincius altus alit. 1140  
Insuper innumerus stagno fons spumat in imo,  
Et brumae ridet tempora feruor aquae.  
Sic vnquam Boreae rabiosi flamina lympham  
Obdurare vagi non potuere lacus.  
Nec pugnax hostis pontem facere audet in vnda;  
Nam immissus palus cedit vbique loco.  
Auraque non capitur tota regione salubris;  
Impuro coelum stagna vapore replet.  
Purior at pendet bene munita aura sub vrbe;  
Quod circum surgit, fert ea lucra iugum. 1150  
Detinet huncce locum Wurmserus, tempora canus,  
Pectore sed iuuenis, promeritisque senex.

Saepius erumpens, stricta hostem cuspide terret,  
 Depellit pecudes, destruit hostis opus.  
 Nil animum vincit; nec, quae ducis vlla sagacem  
 Deciperet mentem, frausue dolusue fuit.  
 Bis quater imposuit sua cornua Luna, nec hostis,  
 Cunctis tentatis, arce potitus erat.  
 Saeuior ast hostis; nam depugnanda fames est  
 Forti Wurmsero militiaeque potens. 1160  
 Munera deficiunt Cereris, nec taurus ad escam est,  
 Et mactata cibum corpora praebet equus.  
 Nam quater Austriacus sociis succurrere miles  
 Tentat, sed toties pellitur hoste vafro.  
 Inclusos tandem penuria summa premebat,  
 Nec cibus excursu percipiendus erat.  
 Mittit Wurmserus mutata veste Viennam  
 Cursorem, vt pastum suppetiasque ferat.  
 Vrbis dura mouent inclusae fata Viennam,  
 Ac pars decernit plurima, castra sequi. 1170  
 Mittitur armata fortis Prouera cohorte,  
 Ast orco missos Arcola moesta gemit.  
 Exoptata diu nunc Mantua traditur hosti,  
 Wurmserus lugens patria ad arua redit.  
**I**nterea CATHARINA parens ad sidera migrat,  
 PAVLVS et imperii sceptrta relicta capit.  
 Russorum populi felicia tempora sperant;  
 Et PAVLVS complet votaque spesque pias.  
 Namque sub auspicio Themidis proba regna propagat;  
 Pandit cuique viam ad limina celsa throni. 1180  
 Creditor amissam sortem non luget egenus,  
 Nec nunc debentem munera celsa iuuant.

Non

Non PAVLO arrident iusto Mauortia bella,

Sed poplique salus, relligioque placent.

Nestoreos Numen Te saluum seruet in annos,

Te, Splendor populi, dēliciaeque Tui.

Principe pacifico me, campos, Musa, relicto,

Ad plenos caesis, ducere, quaeso, velis.

**H**esperiam veniens, redimitus tempora lauro,

Heros Austriacus moesta tropaea videt. 1190

Applaudunt CAROLO venienti castra ducesque;

Percipit Alpinum gaudia iusta iugum.

Tormenti tonitru quin ipse salutat Achillem

Hector Francorum, laetitiamque probat.

Iam lustrat CAROLVS turmas, punitque cateruas,

Proiectis armis, proditione reas.

Post, bene compositis hostem et legionibus auctis

Inuadens, suetum vincere se esse probat.

Bellunensis ager, Francos vafrumque repulsum

Massenam a CAROLI milite, testis erit. 1200

Legerat at Bonapars, quas posset habere, cohortes,

Tyrolim ingrediens, Iulia et ipsa fora.

Tergesto Francus passu properante propinquat;

Nuncius angore hic cuncta metuque replet.

Optima, quae possunt, portantque fugamque capessunt,

Deficit et tandem cymba ratisue fugae.

Adstupet audacem Francum tremebunda Vienna;

FRANCISCI ast animum maximus addit amor.

Fortiter, en! vrbem defensum corripit arma

Ciuis; pro patria cuncta vouere flagrat. 1210

Armaque cultores promittunt ferre Mineruae;

Namque hasta et clypeo docta Minerua nitet.

Offert

Offert FRANCISCVS vexilla recentia turbae  
Doctae; quae renuit docta caterua, precans:  
,Signa, en! signifero reddas, Celsissime, forti  
,Quae socii Turcis 55) eripuere manu.“  
Insuper innumeri sua nomina sponte dicabant  
Militiae, iuuenes quoque virique die.  
Vndique donorum bona copia confluit, aurum  
Signatum, gladii, tela, superbus equus. 1220  
Hungarus insurgit, praebens frumenta virosque,  
Pellere pollicitus Rege pericla suo.  
Poscitur ad bellum Tyrolis tota cruentum,  
Hastis vt patriae et vomere pellat onus.  
Obsequium praestat FRANCISCO turba fidelis,  
Laudonumque ducem suscipit illa suum.  
Hoc duce progreditur, Francos progressa repellit,  
Atque breui patriae libera rura videt.  
Tergestum recipit, praedaque potitur opima;  
Tergaque dans hostis profugit, haecce querens: 1230  
,O! quantum debent regnantes gentis amori;  
,Hic nec, qui patriam proderet, vnuſ erat.“  
Florida iam redeunt animantis tempora veris,  
Florem purpureum terra benigna parit.  
Lentus iam vitis ramus protrudit ocellos,  
Dulcibus et volucrum cantibus aura sonat.  
Tegmine marmoreo soluuntur fluminis orae,  
Liberiore vagae pisce natantur aquae.  
Ad solitos liquefacta vocant iam rura labores  
Agricolam, et taurus vomere sulcat humum. 1240  
Applaudit veri reduci pagana iuuentus,  
Et gaudet solitos nunc iterare iocos.

Laetior

Laetior atque fluit per corda senilia sanguis,  
 Vitamque aegroto porrigit aura nouam.  
 Felix terra, capis quae veris gaudia pura!  
 His regio, belli verbere laesa, vacat.  
 Spes tamen affulget redeuntis pacis amica;  
 Exoptant tandem castra quiete frui.  
 Taedet iam iuuenes orco demittere mille,  
 Et dare iam populis tempora tuta placet. 1250  
 Conuenit Austriacus Franco cum milite miles,  
 Pro rubro sagulo sumere sponte togam.  
 Carmine iam laeto legiones tempora fallunt,  
 Pro rigido vibrat quilibet ense iocos.  
 Praedam, virtutis, lustrant, documenta; videsque  
 Ipsos diuitiis hisce placere sibi.  
 Quis fuerit, pugnant inter se fortior; alta  
 Vulnera conspiciunt; dura pericla stupent.  
 Commemorant, patriae quo susciperentur, honorem;  
 Sponsa, parens, coniux somnia laeta ferunt. 1260  
 „Gaudia quanta manent nos, dicit amicus amico;  
 „Pendebit reduci paruus ab ore puer.  
 „Sponsa pudica dabit lacrymans sponso oscula centum,  
 „Ceruici imponens brachia blanda nigrae.  
 „Inque oculis canis splendebit gutta parentum;  
 „Vicini terror irreuerentis ero.  
 „Diuitiis emitur corrasis pinguis agellus,  
 „Tectaque tunc sponsam sub mea ducat Hymen.“  
**F**rancia dum laetam meditantur et Austria pacem,  
 Depositis gladiis grandisonisque tubis: 1270  
 Bellorum, Venetos turbat discordia, mater;  
 Pluribus et rerum displicet ordo vetus.

Teque

Teque deam poscunt, Libertas Francica; poscunt  
Totius a populi sceptrum tenenda manu.  
Nobilis ast obstat turbae, totusque senatus;  
Et qui dux summus credita sceptrum gerit.  
Ecce! renitendo magis irae flamma cietur,  
Turbaque cum plausu Francica castra petit;  
Implorans Francum, ut gladiis sua dogmata firmet,  
Adiuuet oppressos, imperiumque paret. 1280  
Non renuit precibus, vexatis Francus amicus,  
Lites componens, mente lubente venit.  
Adiuuat actores, aduersa parte reiecta,  
Ut Macedo nodum soluerat ense Phrygem,  
Imperii populo plaudenti dantur habenae,  
Palladiique loco parvula pinus adest.  
Celsa magistratus deponit munera, gentem  
Nobilis antiquam, dux diadema suum.  
Adria sic luget quasi nunc viduata maritum,  
Et qui soletur, nullus amicus adest. 1290  
Libertate data, furibunda caterua, plateas  
Vrbis per cunctas, vociferando ruit.  
Laetatur Francus, populo titubante, sonisque  
Pro vanis poscit praemia magna vafer.  
Haec eadem sentit Genuensis fata popellus,  
Summaque quae fuerant, infima cuncta iacent.  
Est mage vicinis felix Heluetia terris,  
Dum caute belli dira pericla fugit.  
Dum forti patrios custodit milite fines,  
Vlli nec parti se studiosa dicat: 1300  
Ordo, quiesque iocusque pia dominatur in vrbe,  
Et casa ruricolae carmine laeta sonat.

Tuti

Tuti cum sociis tractant fabrilia fabri,  
 Villicus et Cereris munera falce legit.  
 Defessos pascit tauros sub monte bubulcus,  
 Dum vitis carpit tuta capella comas.  
 Hostili en! intacta puella libidine floret,  
 Coniugii fidei iustus habetur honos.  
 Sollicita natae dextra materque paterque  
 Prospicit, vt generum dote beare queant. 1310  
 De iustis opibus gaudet cum ciue colonus,  
 Et veteres mores, patria iura colit.  
**F**luctuat interea multas Germania nostra  
 Per lunas, inter spemque metumque simul.  
 Aurea nam quamuis tentatur paxque quiesque,  
 Restant, quae amoueant impedianque, tamen.  
 Dalmatiae tractus et ceditur Istria iusto  
 FRANCISCO; quae olim competiere plagae.  
 Flandria sed pinguis tempus decedit in omne  
 Austriacis sceptris; quae incola damna dolet. 1320  
 Mantua cui cedat, cum Francis Austria litem  
 Incidit; Hesperiae clavis utrique placet.  
 Imperii integritas FRANCISCO pristina cordi est;  
 Sed Franci: Rhenus terminus esto! crepant.  
 Diffuit in ventos pacis spes laeta propinquae;  
 Tempestas miseris imminet atra plagis.  
 Hortus ubi tristem viridis mulcebat ocellum,  
 Nunc fossa innumera ducitur alta manu.  
 Fertilis in valli formam cumulatur agrorum  
 Terra, loco et messis Martia tigna rigent. 1330  
 Ecce! Giganteus murus consurgit in auras;  
 Ferratis valuis porta foresque gemunt.

Cliuus

Cliuus castellis propior plantatur auitis,  
Et subito tegitur ponte profunda palus.  
Colligitur miles, nouus exercetur in armis;  
Nunc Rheni vada, nunc Hesperiam ille videt.  
Austria bella audax dum aeterna parare videtur,  
Francia terretur motibus ampla nouis.  
Dissociat magnum Francorum rixa senatum,  
Pars probat, a reliquis quae reprobata vides. 1340  
Pars adeo regem clam vult sibi maxima, caedem  
His iurans, qui nunc Francica sceptrum gerant.  
Attamen insidiae reliquis reteguntur iniquae,  
Plagaque vitatur praeueniente manu.  
Iam capitur sons et conuictus criminis, oras  
Terrarum in tristes, milite cinctus abit.  
Anglia queis fatis fuerit laetata triforis,  
Pressaue, nunc tenues enumerate modi!  
Dum summis opibus fortis cum Teutone Francus  
Pugnat, dum arma strepunt saeva, tubaeque sonant: 1350  
Anglus terribilis latis dominatur in undis,  
Neptuni regno vincula dura parans.  
Corripit hostiles, quas misit terra remota,  
Naues, et merces ad sua regna trahit.  
Classibus Albionis victricibus India duplex  
Terretur; dominos cernit Eoa nouos.  
Erepta Hispano, Franco, Belgaeque propagat  
Insula multa nouis Anglicum regna plagis.  
Prominet enim scopulus spumantia in aequora; primis  
A Belgis tulerat nomina clara Spei. 1360  
Haec loca cordatum non euasere Britannum,  
Inuentaeque viae hic maxima lucra capit.

Fran-

Frangit et Hispanam classem Vincentius, Anglus; 56)

Haec eadem classis Francica fata dolet. 57)

At velut aethereas zonas non tempus in omne

Diuinis radiis altus Apollo replet;

Nec raro densus sitientia subleuat imber

Rura, et delapsas concutit Auster aquas:

Saepe ita laetatur laetis euentibus Anglus,

Sed quoque templa poli nigra subinde videt. 1370

Namque parit turbas, et nutrit Hybernia partas,

Seiungique sua stulta sorore flagrat.

Haec cernens Francus, vicino commoda sperat

Dissidio, Anglorum et littora classe petit.

Exponit nigra velatam veste, triremi

Damnatam faecem, nocte tegente fretum.

Sed caret effectu fallacia Francica; cuncta

Expositis tolli conspicis arma viris.

Mox tamen Anglorum maiora pericla minantur

Ceruici, et compleat sceptra thronumque metu. 1380

En! ipsae classes, iam regni fulcra, rebelles,

Grandia deposcunt officiumque negant.

Quid fiat, dubitans et rex duplexque senatus

Haeret; consilium est ardua resque grauis.

Suadet hic, infensa votis concedere turbae;

Ast alius: „Vi vis est reprimenda!“ monet.

En! tandem medium, quod iam praeceperat olim

Addictus Musis Naso, tenere placet.

Classicus ipse redit pia post tentamina miles,

Nomen et Anglorum sic maculasse pudet. 1390

Accepta venia, deponit signa tumultus,

Atque nouam supplex dat recipitque fidem.

Officium peragit mandatum denuo fortis,  
 Auctoresque malos plectere iure placet.  
 Laetior apparet rursus Fortuna, sinitque  
 Nautica purpureo mittere vela mari.  
 Hoc ipso soluit per portum Belga rudentes  
 Tempore, et instructis nauibus alta petit.  
 Anglo Belga mari venienti occurrit in alto;  
 Belgarum, signis, colligat ordo rates. 1405  
 Sic hostem exspectans, pugnandi flagrat amore,  
 Armaque iam pugnae dextra parata vibrat.  
 Excipit Anglorum iam classem classe tonanti;  
 Pugnatum, his spretis lusibus, Anglus adest.  
 Peruolat hostilem seriem Duncanus, et audax  
 Pars classis sequitur, persequiturque ducem.  
 Ipsius aggreditur praefecti, fulminis instar,  
 Duncanus puppim, et flamina copta iuuant.  
 Veliferi mali, cum antennis, atque rudentes  
 Iam quassata gemunt, denique fracta ruunt. 1410  
 Attrahit hocce sua concussum naue Britannus  
 Ductor nauigium, conseriturque manus.  
 Principe cum puppi puppis prior Anglica pugnat,  
 Caeditur et forti miles vtrimeque manu.  
 Post saeuam tandem se dat ratis hostica pugnam,  
 Belgarumque Anglus dux capit ipse ducem.  
 Interea proras aequali sorte per omnes,  
 Lux donec splendet, bellica flamma furit.  
 Vix inter flamas, et nigri nubila fumi,  
 Anglus quae gestet, Belgaue vela, patet. 1420  
 Fluctuat hic velum, malusque superbus, et illic  
 Cum antennis funes remigiumque potens.

Pluri-

Pluribus exsurgit vastatrix flamma carinis;  
Ortam quae extinguat, deficit ecce! manus.  
Anglus et in ponti, nauem, demittit abyssum;  
Plurima, ad Anglorum littora praeda venit.  
Terribili cladi iam sola silentia noctis  
Imponunt finem, et turbidus imber aquae. 58)  
**I**psa adeo natura videtur bella parare;  
Dum vires hominum bellica flamma rapit. 1450  
Est tractus, nostra longe a regione remotus,  
Porrigiturque sua fronte ad utrumque polum.  
**I**ngenii felix inuenerat huncce Columbus,  
Occiduis longe naue vagatus aquis.  
Sed dedit his terris Americus nomina; sicque  
Additus immerito est inuenientis honos.  
Non parua hic tellus, quam sceptra Hispana gubernant, 59)  
Vastatur, terrâ dissoluente solum. 60)  
Voluitur ex altis horrendus montibus ignis;  
Immixti cineres, sulphura, rupis onus. 1440  
Dissiliunt montes, tonitru nigra nubila complent,  
Defodiunt vrbes, moenia, templa, domus.  
Absorbent vasto iuuenesque senesque, ruentes,  
Gurgite, et innocua viscera gente replent.  
In montes surgit vallis, scopuloque, per ignis  
Depresso rabiem, vallis imago manet.  
Fitque palus flammans campus, dispergit odores  
Letiferos, mutant flumina plura vias.  
Arbor et hinc illinc inter cineresque profundos  
Saxaque protendit flaua cacumen iners. 1450  
Deiectae iacet hic turris funesta ruina,  
Quassatae ast illic interiora domus.

Si licet, aufugiunt; fugientes saepius ipsos  
Fissilis immenso gutture terra vorat.  
Ipsi, qui terram vix euasere ruentem,  
Aut vlnis mutili, aut crure manue gemunt.  
Ereptam plangunt prolem materque paterque,  
Frater fratre dolet, deque sorore soror.  
Defossis opibus, parto potuque ciboque;  
Spurcatis agris, flumine, fontis aqua; 1460  
Ante oculos miseris noua pendet mortis imago;  
Nam sitis atque fames corpora lassa premunt.  
His miseris adeo, suggesta alimenta, latrones  
Immiti videoas tollere rapta manu.  
**I**am satis est; tandem sine, Musa, referre pericla,  
Armatosque viros, proelia, castra, vias.  
His iam funestis simulacris lector abhorret,  
Cordaque narratis iam liquefacta fluunt.  
Aspice nunc pacis redeuntis dona sereno  
Vultu; quae nobis commoda mille dabit. 1470  
**E**n! Francos iratos, FRANCISCVMQUE benignum,  
Teutoniae fulcrum, pacat amica dea.  
FRANCISCO et Francis arridet pinguis oliua,  
Atque locupletis cornua plena deae.  
Componunt lites; FRANCISCVS, tempora laeta  
Reddat vt agricolis vrbicolisque suis;  
Francus, pace data, vicino tutus ab hoste,  
Viribus vt iunctis Anglica regna petat.  
At, quae suscipias, bene, liuida Francia, pendas,  
Denuo ne pereat gloria parta tibi. 1480  
Quam tibi pacificus sponte Anglus praebet oliuam,  
Ne stulte spernas, nec nimis alta petas.

Sis

Sis veteris cladis, quae sint incommoda passa

Cum classe Hispana Belgica vela, memor.

Perpendas, Anglum victorem claudere portus,

Obseruare tuas tempus in omne rates.

Non tua regna satis iam, quaeso, tulere malorum,

Vt noua sit clades non metuenda tibi?

Vincere des aliis; studeas sed parta tueri;

Tutius est, firmum cernere, quidquid habes. 1490

Principis istius Romani, inamabile nomen

Qui tulit a caligis, an tibi coepta placent? 61)

Haec dum molitur Francus: GvILELMVS ad astra

Migrans, GvILELMO Prussica sceptrum dedit.

Te patrem patriae Tua Prussia laeta salutans,

Saluus sceptra geras vt diurna, vouet,

Te duce, rege, patre, en! florebunt Prussica regna,

Regnaque Pieridum, regna, Themisque; tua.

Regna nec assiliet Tua fortia liuidus hostis,

Virtutesque Tuas ingeniumque stupens. 1500

Perpetuo populus Tuus alma pace fruatur,

Teutoniae pressae tot redeunte malis.

Sicuti, flammiuomae Boreas per tempora noctis

Cum strepuit, nigri et detonuere poli;

Pallantis roseo deserto Aurora cubili,

Purpurea lucis nuncia veste venit;

Post hanc ignitis comparet Apollo capillis,

In puro niueis aethere vectus equis;

Illustrat primum turresque iugique cacumen,

Plumososque vocat syluicolasque choros; 1510

Vallibus immittit grauidis tunc spicula limo,

Spirantes violas, liliaue picta fouens;

Euocat ad pastum tauros, lentumque bubulcum,  
Ad pensa agricolas artificesque sua;  
Prouocat ad suetos doctorum quemque labores,  
Causidicos, medicos, iuridicosque graues:  
Sic quoque pax, olea frontem redimita, Megaera  
Iam debellata, tempora laeta refert.  
En! redeunt bello, cumulatae laude cohortes,  
En! patriam complent laetitiaque domum. 1520  
Igniuomas fauces, tentoria, vasa reponunt;  
Signaque signiferi, cornigerique tubas.  
Nunc iuuenes choreas ducunt tuti atque puellae,  
Tutumque armentum gramina lecta metit.  
Non reuocat miles fessos a vomere tauros,  
Nec raptos pueros mater ad arma gemit.  
Non albescentes messes metit hosticus ensis,  
Collectis gazis horrea plena rigent.  
Nunc intacta rubet sub pendente vua racemo,  
Et praelum musto vasa cadente replet. 1530  
Iam manet incolumis casa, et hortus vimine septus;  
Vngula nec tenerum gramen equina terit,  
Effodit infossos thesauros falce colonus,  
Hosti, ter laetans, imposuisse vafro.  
Pax redit; augustae redeunti plaudite Musae!  
Non malus attinget vestra sacella furor.  
Non statuae splendor mutilae inter saxa latebit,  
Nec pluuius soluet membra polita liquor.  
Non monimenta manus pictoris barbara perdet,  
Gloria sed tabulae posteritatis erunt. 1540  
Attento astronomus coelum lustrabit ocello,  
Obseruans, lateant qua meteora plaga.

Non

Non insultabit Themidi sanctae ensis iniquus,

Et tutus iudex debita iura dabit.

Per vitam parci quas corrasere parentes,

Proles, haud petulans hostis, habebit opes.

Cum socio lucrum mercator diuidet aequum,

Nec stabit larga merce taberna vacans.

Florebunt artesque, scholaeque, et templa Mineruae,

Florebunt iustae tecta sacrata deae.

1550

Candida florebit virtus, moresque probati,

Florebit pietas et genuina fides.

Pax redit! et fidi comites cum pace redibunt

Gaudia cum risu, laetificique ioci.

Plaudite ruricolae, docti, iuuenesque, senesque,

Plaudite mercator, Pieridumque cohors.

Amplius o! nunquam vibret Bellona flagellum,

Cumque sago cedant laurea serta togae.

Regiomontano sene 62) pax laudata recurrat,

In solis niteant nec pia dicta libris.

1560

O! nullam in bello perpendant esse salutem

Gentes, quiqe sibi credita sceptrta gerunt.

Nec sua respectet solum gens commoda quaeque,

Foedus amicitiae vinclaque firma colat.

Namque beat populos pax, bella at Martia perdunt;

Candida pax homines, trux decet ira feras.

Hinc mites iustasque gerat quoque rector habenas,

Et populi curet commoda vera sui.

Principibus, ciuis, praesta praestanda libenter,

Parce sonis querulis, et mala parua feras;

1570

Sisque memor semper, durum nihil esse, quod almae  
Non verus patriae vincere posset amor.  
Certate ingenio, populi! Mortalibus haec lis  
Vtilis atque decens, credite, semper erit.

---

ANIMAD-

# ANIMADVERSIONES



## ANIMADVERSIONES

- 1) *H*erbipolis. Vbi contra Iordanum d. II. et III. Sept. MDCCCLXXXVI. sub Archiducis auspicio victricibus armis pugnatum legimus.
- 2) *Teininga*. In proelio, d. XXII. et XXIII. Aug. ibi commisso, Archidux ducem Francorum (*Bernadotte*) vicit.
- 3) *Amberga*. Ex proelio, d. XXIV. Aug. ibi cum Iordano facto, Archidux itidem victor discessit.
- 4) *Lana*. Vbi etiam Iordanus propulsatus est d. XVI. et XVII. Sept.
- 5) *Elza*. In pugna, ad Elzam d. XVIII. Oct. pugnata, Morouius ab Archiduce est victus.
- 6) *Denzlinga*. Vbi Morouius d. XX. Oct. iterum victas manus dedit.
- 7) *Emmendinga*. Vbi idem Francorum imperator d. XIX. Oct. inferior ex proelio discessit.
- 8) *Friburgum*. Freiburg, vbi Archidux cum Neofrancorum agmine manus conseruit, idque d. XXI. Oct. fugauit.
- 9) *Schlienga*. Vbi Archidux eundem Morouium d. XXIV. Oct. vicit.

10. 11)

10. 11) Ad Halbingam et Loracum (Lörrach) Archidux Morouium d. XXV. et XXVI. Oct. pugnâ transire Rhenum coegit.

12) *Kelii.* Ad Kelium, (Kehl) castrum, a Franco-gallis bene munitum, d. XXII. XXVI. XXVII. XXVIII. et XXIX. Nov. ita pugnatum est, vt Archidux victor semper discederet, ipsumque castrum Austriacis d. IX. Ian. MDCCCLXXXVII. dederetur.

13) *Brennum.* Cf. LIV. V, 33 — 49.

14) *saecula multa iugum.* De natura, indole atque ingenio Neofrancorum recte, quantum video, iudicatur im Aprilheft der deutschen Monatsschrift, v. J. 1795. sub rubro: *Etwas über den Nationalcharakter des jetzigen Französischen Volks.* Egregiam praeterea Atheniensium et Neofrancorum comparationem exhibet CHRISTI. GARVIVS in seinen neu herausgegeb. und verbess. Vermisch. Aufsätzen, welche einzeln oder in Zeitschriften erschienen sind. Bresl. 1796. 8. Nr. 8.

15) *Exemplum.* Cf. A. YOUNG die französische Revolution, ein warnendes Beyspiel für andere Reiche; aus dem Engl. 8.

16) *tigres.* Fabula in hanc sentinam in ARCHENHOLZII Minerua extat haec:

*Die beyden Wölfe.*

Von Frankreichs Revolution

Kam jüngst erst Nachricht in das Land der Thiere.

Wie? sprach ein alter Wolf, so lange schon

Blüht dort mein Glück, und immer friere

Und hungr' ich hier noch? Komm, mein Sohn,

Nicht länger wollen wir am Thron

Des

Des Löwen noch als Diener stehen,  
In Frankreich soll's uns besser gehen!  
Pack ein! Geschwinde fort von hier.  
Gelobtes Land! Dört herrschen wir!  
Wie, sprach der Sohn, soll das geschehen?  
Kaum scheint mir's möglich — Glaube mir,  
Erwiedert jener, es wird gehen,  
An rothen Mützen fehlt's uns nur,  
Denn ächte Jacobinerseelen,  
Und ächte Jacobinerkehlen  
Verlieh uns selber die Natur.

17. *videre nequit.* Quare **GLEIMVS**, Neofrancos allocutus, sic cecinit:

*An die Franzosen.*

Für Freyheit streitet ihr, Franzosen! nicht, ihr  
streitet  
Für dreyer Teufel Tyranney!  
Ihr werdet alle gleich, am Narrenseil geleitet,  
Von euch ist keiner frey!

Ach, wenn ihr's einst erwägt, wie werdet ihr euch  
schämen,  
Dass ihr, so sehend sonst, so blind gewesen seyd!  
Ach! möchte, möcht' ein Gott euch eure Blindheit  
nehmen!  
Wer Mensch noch ist, den graut vor eurer Tigerheit!

So blind seyd ihr gemacht! Ihr opfert den Tyrannen,  
Die eure Könige sich opferten, die Blut

Wie

Wie Wasser trinken, euch ins Joch der Knechtschaft  
spannen,

Ihr opfert ihnen euch, und euren Heldenmuth!

O wie so blind seyd ihr! Die Nachwelt wird's nicht  
glauben!

Ihr war't einmal ein Volk voll Leben und voll Licht!  
Jetzt aber lafst ihr euch Gott, Geld und Leben  
rauben,

Die Räuber sehen euch, ihr seht die Räuber nicht!

O wie so blind seyd ihr! Das Seil, an dem geleitet  
Ihr alle werdet, ist so sichtbar! Wer es sieht,  
Beklagt euch, dass ihr noch für die Tyrannen streitet,  
Und schon ins dritte Jahr in ihrem Joche zieht.

18) *calumnia*. Ad hanc insaniam perstringendam  
**GLEIMVS** sequens composuit carmen, quod quin cum  
lectoribus communicem, a me non possum impetrare,  
praesertim cum lectu sit praeprimis iucundum:

*Die Fabel von zehn Tigern.*

Zehn Tiger machten Brüderschaft,

Und schwuren: ihre Leibeskraft

Zum Wohl des Thierreichs zu verschwenden!

„Der König, sagten sie, der wüthende Tyrann,

„Muß ab von seinem Thron, wer kann

„Muß diese Heldenthat vollenden!

„Wir können, also müssen wir!

„Die Kunst ist: dass wir jedes Thier,

„Für diese Heldenthat gewinnen!

„Auf

„Auf seiner Thronbeherrscher-Bahn  
„Hat unser König zwar des Bösen viel gethan;  
„Mehr aber müssen wir zu seiner Last ersinnen!  
„Und wenn denn unsre Heldenthalt  
„Vollbracht ist, Brüder, dann, dann sind wir Reichs-  
senat,  
„Dann theilen wir den Thron!“

So sagten sie und eilten  
Die Heldenthalt zu thun, und thaten sie, und theilten  
Den Thron, und saßen drauf! Man sah  
Des Thierreichs ganzes Africa,  
Vom Elephanten bis zum Affen,  
Die bunten Könige begaffen!

Von der Versammlung sprach kein einziger ein Wort!  
Man billigte den Königsmord,  
Und alle Morde, die die Könige verfügten!  
Und alle Thiere kriegten  
In allen Landen hier und dort  
Für ihre Könige! Die Unterthanen giengen  
Für sie geduldig in den Tod,  
Wer's that, der starb, ein Patriot!  
Man hörte Freyheitslieder singen,  
Und war im mindesten nicht frey!  
Man war ein Sclav, man lies sich zwingen,  
Und fühlte keine Sclaverey!

Wie gieng das zu? Die Thiere waren  
Zu der Zeit alle dumm und blind,  
Und wer noch sehend war, der scheute die Gefahren,  
Die, unter'm Herrscherstab blutdürstender Barbaren,  
Gemeinlich vom Sehn betrübte Folgen sind!

Wie

Wie sah's im Thierreich aus? — Wie's aussehn  
mus, wenn Tiger  
Regenten sind. Im innern leer;  
Um's Innre stand ein grosses Heer  
Streitbarer Thiere, welche Sieger,  
Für die gefleckte Brüderschaft  
Seyn musste!

Daurte dieses lange? —

So lange bis Verstandes-Kraft  
Die Oberhand gewann, und unter solchem Zwange,  
Nicht mehr zu leben war! Was war das Ende? —

Dreye

Der Könige zehntheilte man!  
In grosse Käfige von Eisen hieng man dreye!  
„Der hier war ein Tyrann!“  
War Überschrift! Der andern Viere  
Bemächtigten die kleinen Thiere,  
Der Hamster und die Ratzen, sich;  
Und grausam jämmerlich,  
Langsamen Todes, starben diese,  
Dafür, dass sie die Paradiese  
Des Thierreichs zu den Wüsten machten,  
Die sie noch sind, und hundert Schlachten  
Im Land' umher!

Was kam heraus? —

Des Königs Sohn lag in den Banden  
Der Tiger! Eine Maus  
Fraß sie entzwey! Die Thiere fanden  
Den Sohn des Königes noch gut,  
Noch unverwüstet seine Seele,

Sein

Sein Herz voll Edelmuth;  
Deswegen führten sie, aus seiner Mörderhöhle,  
Den lang gequälten Königssohn,  
Auf des gemordeten, auch guten Vaters Thron.

Safs er auf ihm so gern, wie andre Könige? —

Man sagt, er habe wenige  
Thronfreuden nur auf ihm gehabt!

In Geistesfinsterniss hab' er nach Licht getappt,  
Mit Anstrengung sey's ihm gelungen!

Durch Lieb' allein hab' er  
Die Feinde seines Throns bezwungen!

„Der gute König, ach! der gute König, der!

„Hat viel Verdruss von uns!“ hab ein Vasall gesungen!

„Das ganze Thierreich sey

„Der unausstehlichen verfluchten Tyranny,

„Sey den Ersäufungen in Strömen und in Flüssen,

„Der Allgewalt, der List, der Ungerechtigkeit

„Der allzuvielen Herrn, durch einen Herrn entrissen,

„Gottlob! zu rechter Zeit!“

19) *Actaeus senex* i. e. Socrates.

\* 20) *cadit. De LvDOVICO XVI. illo tempore CRA-  
MERVS sic questus est:*

Endlich ist's der Raserey gelungen,

Dass sie gänzlich das Gefühl verschlungen,

Und ihr grässlich Meisterwerk vollbracht.

Endlich hat Cabal' ihr Ziel vollendet,

Und der Name Freyheit ist geschändet,

Stinkend eine Nation gemacht.

Freyheit also — Freyheit darf mit Füssen  
Die Gesetze treten, darf begießen  
Ihre Bäume mit Monarchenblut!

In die Tiger ist aus den Barbaren  
Dort die bange Menschlichkeit gefahren;  
In die Menschen fuhr die Tigerwuth.

Stuart fiel in toller Priester Fehde  
Und wie Abbener der grosse Schwede;  
Doch noch steht der freyen Britten Thron;  
Noch herrscht Gustav, Gustavs Sohn in Schweden,  
Aber Ludwig starb nach den Decreten  
Einer sogenannten Nation.

Ludwig — war er gleich kein Aeneide,  
Kein AUGUST, kein FRIEDRICH, kein Atride,  
Wahrlich auch kein Caesar, kein Tarquin —  
Ludwig hörte seines Volks Beschwerden,  
Rief den Kindern, wollt ihr Vater werden,  
Ach! und seine Kinder würgen ihn!

O! der Souverainenmörder Schande  
Steht, wie Brandmark, jetzt dem ganzen Lande  
An die Stirn geschrieben; Königsmord!  
Und das Ungeheuer, ohne Rächer,  
Wältzt sich immer blutiger und frecher  
In die nachbarlichen Länder fort.

Ohne Rächer? — Steht nicht der Geliebte  
FRIEDRICH WILHELM und der hochbetrübte

FRANZ

FRANZ noch an der Mörderhöhle Thor  
Mit geschwungenen Schwerdtern? — Ihre guten  
Großen Herzen — Aller Herzen bluten;  
Jede Fahne weht ein Trauerflohr.

Und nun mögen Millionen sterben,  
Mögen Meere sich mit Blute färben,  
Werde Land und Meer ein Leichenfeld.

Rache! Rache rufen alle Heere,  
Rache, Rache! brüllen alle Meere,  
Rache, Rache! schreyt die ganze Welt.

Jetzt — mit bleichem, nassem Angesichte,  
Steht Europa vor dem Weltgerichte  
Und der Nationen Waage klinrt.  
Alle lauschen unter bangem Schweigen,  
Welche Schaale sinken oder steigen,  
Welche Völkerstunde schlagen wird.

Gallien, ich höre deiner Stunde  
Flügel rauschen; denn die grosse Wunde,  
Die dein Unsinn ganz Europa schlug,  
Hat entschieden. In der Ferne wittert,  
Was dem Sünder tief im Marke zittert,  
Gallien, das ist der Völker Fluch.

Gallien! Du hast dich selbst gerichtet,  
Hast der Völkerrechte Band zernichtet,  
Und die sanften Bande der Natur.  
Alles ist nun allgemeine Sache,

Alles ist nun allgemeine Rache,  
Nur ein grosser allgemeiner Schwur.

Siehst du dort die sonnenrothen Spitzen,  
Alle Berge voll Gewehre blitzen!  
Auch der treue Sachse wetzt sein Schwerd;  
Weh dem Feigen, der auch jetzt noch zaudert,  
Dem noch jetzt für Blut und Wunden schaudert,  
Der, — der ist der Sklaven Ketten werth.

Mag der Abschied auch die Busen engen,  
Weib und Kinder an den Hälsen hängen,  
Väter trauern — Mütter weinen — Fort!  
Fort! Dort seufzen arme Nationen.  
Dort, dort wachsen eure Bürgerkronen,  
Eure Lorbern. Brüder, Sachsen, fort!

Lafst die Welt in euren Donnern hören,  
Dass die Deutschen noch Gesetze ehren,  
Keiner mit Monarchenrechten spielt;  
Wenn in schweren deutschen Säbelhieben,  
Wie die Sachsen ihren AUGUST lieben,  
Knirschend der Franzosenbube fühlt.

Und wird heute AUGUST zu mir sagen:  
„Komm und hilf uns Ludwigs Mörder schlagen,  
„Ach! Er war nicht dieses Todes werth!“  
Heute — warlich mit Entzücken, Brüder! —  
Heute legt' ich meine Feder nieder,  
Und des Dichters Arm schwäng' auch ein Schwerd.

21) splen-

21) *splendidiora videt.* i. e. MARIA THERESIA. Quae cum, erepta miseriis, Viennam peteret, carmen prodiit, quod sequitur, praestantissimum:

MARIA THERESIA,  
bey ihrem Abschiede von Frankreich; Kantate, Deutschlands Edlen gewidmet von FRIEDRICH WILHELM GOTTER.  
Ihr, denen lange schon der Königstochter Trauer,  
Die noch im Kerker seufzt, tief in die Seele drang,  
Vernehmt das Lied, das ich, durchbebt von heilgem  
Schauer

Prophetisch ihrer Rettung sang!

Fühlbare Herzen, stimmt in meiner Harfe Töne!  
Und weidet — O dass bald auf ihrer neuen Bahn  
Die Zeit ihn mit Erfüllung kröne! —  
Euch an dem frommen Traum, den meine Blicke sahn.

Recitativ.

O Menschlichkeit! O Freundschaft! O Natur!  
Ist dies das Land, wo ihr zuerst mir lachtet? —  
Hier! — dort! rings um mich her — entdeck ich nur  
Des Gräuels Denkmal — Des Verbrechens Spur.  
Indem das Auge sie betrachtet,  
Erliest mein Geist, erstarrt mein Blut. —  
Hier ward ich einst den Göttern gleich geachtet;  
Hier ahndet' ich, als Kind, des Lebens höchstes Gut;  
Hier stürzte meinen Stamm des Glückes Wankel-  
muth. —

In diesem Thurm — hab ich drey Jahre lang geschmachtet!

Auf jenem Platz — weh mir! noch tobt des Schmerzes Gluth

In meinem Busen — dort — hat wilder Freyler Wuth  
Die Eltern mir — und dich — o! Seele, rein und  
gut,

Wie Engel Gottes — dich, Elise — hingeschlachtet! —  
Und unter jenem Hügel — ruht  
Mein Bruder — vor der Zeit vom Todesschlaf um-  
nachtet! —

Gefangen und verwaist — blieb nichts mir, als mein  
Muth —

Und das Vertraün auf den, der frommer Thränen  
achtet. —

Er schützte mich mit unsichtbarer Hut. —

Er ist's, der heut an mir ein neues Wunder thut! —

Zu seinem Throne drang mein Sehnen.

Er hörte mich. Er winket mir!

Ich folg' ihm! — Auf! — hinweg! hinweg von hier!

### A r i e.

Leb wohl! — Du Schauplatz grauser Scenen!

O Land, das mir das Leben gab!

Leb wohl! — Du Quelle meiner Thränen —

Und meines Glückes Grab!

O Mutter pflichtvergessner Söhne! —

Raub einer Königsmörder- Brut! —

Versöhne, wenn du kannst, versöhne

Der Unschuld heilges Blut!

Vertritt der Unterdrückten Sache,

Wenn noch in dir Erbarmen lebt! —

Und

Und ach! — entflieh dem Blitz der Rache,  
Der über deinem Haupte schwebt!

C h o r.

Sey gegrüßt auf Deutschlands Gränze,  
Holde, königliche Waise!

Rest des Herrscherstamms der Franken!

O Maria Theresia!

Märtyrinn im frühsten Lenze!

Deiner Tugend Siegelfeyer —

Deiner Rettung Tag ist da!

Mit dir weinten — mit dir danken

Deinem mächtigen Befreyer

Alle Herzen fern und nah.

Lieder tönen dir zum Preise;  
Dir zum Opfer, duften Kränze;  
Spiele feyern dich und Tänze,  
Wie einst, in der Deinen Kreise,  
Sie dein frohes Auge sah.

Ihrer Kaiser edeln Samen —

Ihrer grössten Fürstinn Namen

Ehrt in dir Teutonia.

Sey gegrüßt auf ihren Gränzen,  
Holde, königliche Waise!  
Rest des Herrscherstamms der Franken!  
O Maria Theresia!

Recitativ.

O laſt mich weinen! eh das Herz mir bricht.  
Der Schwachheit Dank entweihen Thränen nicht.  
Was hab ich sonst als Thränen — Ihm zu danken?  
Ach ihm! der, wie die Gottheit, groſs und mild —  
Ihr Werkzeug, und ihr Ebenbild —  
Mein Leiden endet, meine Klage stillt. —  
Noch schwindelt mir — noch gleich' ich einem Kranken,  
Der, zitternd, seines Kerkers Schranken,  
Nach jahrelangem Gram, durchbricht.  
Der Boden unter ihm — däucht ihm zu fliehn! Ihn  
blendet  
Der Sonne lang entbehrtes Licht.  
Wohin er seine Schritte wendet,  
Schreckt ihn ein täuschendes Gesicht.  
Des Freundes Stimme selbst erkennt der Arme nicht.  
Sie ruft: Ich bins, den dir dein Schutzgeist sendet! —  
Er weicht betäubt und scheu zurück. —  
So faſt auch mich noch banger Schrecken;  
So trübt noch Wehmuth meinen Blick. —  
Ihr strebt umsonst, mich zum Triumph zu wecken.  
Der Freude starb ich ab — und fremd ward mir  
das Glück.

A r i e.

Freyheit lächelt mir entgegen.

Freundschaft führt, an treuer Hand,  
Mich auf blumenreichen Wegen,  
In mein zweytes Vaterland.

Und

Und ich staune? bebe? säume? —  
Hält mich eines Zaubers Macht? —  
Ach! vom schrecklichsten der Träume  
Ist mein Geist nur halb erwacht.

Tief verloren in Gedanken —  
Deckt mein Aug' ein Trauerflor.  
Meine matten Tritte wanken;  
Kämpfend fliegt mein Herz empor.

Freyheit lächelt mir entgegen;  
Freundschaft führt, an treuer Hand,  
Mich auf blumenreichen Wegen,  
In mein zweytes Vaterland.

Und ich staune? bebe? säume? —  
Hält mich eines Zaubers Macht? —  
Ach! vom schrecklichsten der Träume  
Ist mein Geist nur halb erwacht.

Meiner Rettung Wonne stören  
Bilder schwarzer Phantasey;  
Und im Schall von Jubelchören  
Tönet mir ein Klaggeschrey. —

Flied auf ewig, Nacht der Leiden!  
Flieht, Phantome! gönnt mir Ruh! —  
Theure Schatten! winkt im Scheiden,  
Meiner Wohlfahrt Segen zu!

— Wechselgesang.

Erste Stimme.

Ein großes Beyspiel ließ zum Segen  
Dir der Verklärten Chor.

Zweyte Stimme.

Es strahle Dir auf Deinen Wegen,  
Zum sichern Leitstern vor.

Erste Stimme.

Sie sahn zu ihrem Sturz die Hölle sich erheben.

Zweyte Stimme.

Sie fühlen unter sich des Thrones Festen beben.

Erste Stimme.

Sie sahn das falsche Glück von ihrer Seite schweben.—

Zweyte Stimme.

Sahn, wie an ihres Kerkers Thor  
Der Freunde letzter sich verlohr.

Erste Stimme.

Auf einem Blutgerüst, von Peinigern umgeben,  
Verhauchten sie ihr edles Leben.

Zweyte Stimme.

Und heiter schwang ihr Geist zum Himmel sich empor.

Beyde Stimmen.

Bewundernd weil' an ihrem Bilde,  
O du! die des Geschickes Milde  
Zu einem sanftern Loos erkohr.

Läss den Verbrecher muthlos beben,  
Wenn seinem Glück ein Wetter droht!  
Froh wallt die Unschuld durch das Leben;  
Und blickt, wenn Wolken sie umschweben,  
Still in der Zukunft Morgenroth!

Chor.

C h o r.

Das Auge des Richters der Welten  
Sieht Tugend und Frevel hienieder  
    In nie zu versöhnendem Streit.  
Die Sterblichen zürnen dem Glücke,  
Das mehrmals der kühneren Tücke  
    Die Palme des Sieges verleiht.  
Sie schwinden die täuschenden Scenen!  
Es dämmert am heiligen Throne  
    Ein Tag der Vergeltung geweiht.  
Dann harret der Tugend die Krone,  
Dann trocknen der Jammernden Thränen,  
Dann ruhen die Verfolgten im Frieden,  
Dann weichen dem ewigen Lohne  
    Die Leiden der eilenden Zeit.

22) *soloue luunt.* De hac in artes saenitiae multa exempla enumerat C. A. BÖTTIGER in libellis: *Zustand der neuesten Literatur der Künste und Wissenschaften in Frankreich, in Auszügen und Erläuterungen;* quorum particula prior Berolini 1795. 8. et posterior 1796 ibidem prodiit. — Tandem tamen, plurimis, iisque pulcherrimis, quae aetas tulerat, monumentis, a plebe vel mutilatis vel destructis, ii, qui tum reipublicae praeyerant, (*National-Convent*) quosdam, quibus monumentorum publicorum et conseruandorum et custodientium curam demandarent, d. 18. Oct. 1792. decreto constituerunt, iisdemque nomen *d'une commission de monumens* indiderunt. Cuius quidem collegii sodales fuerunt partim homines docti, partim artifices celeberrimi,

rimi, quibus praefici solebat unus ex collegio, quod dicebatur *Comité d'instruction publique*, cuiusque praesidium duos per menses durabat. His artium vindicibus praeterea potestas erat data, vt, si in ipsis provinciis locus tutus, vbi istae, ex naufragio seruandae, tabulae commode reseruari possent, non repertus fuerit, operum artificiosorum reliquias Lutetiam Parisiorum comportarent. Vnde factum est, vt plura asyla, quae *depots* vocabantur, ibidem exorirentur, quibus singuli praeficiebantur (*conservateurs*), qui non solum inspicerent, sed etiam consignarent, quidquid artificiosi collectum et seruatum fuerat. Talem indicem v. c. exhibuit ALEXANDER LENOIR in libello: *Notice succincte des objects de sculpture et architecture, reunis au Depot prouisoire - national, rue des petits Augustins, Paris.* 1793. 8.

23) *caeca libido parit.* Nam venerandum libertatis nomen talis insania non meretur. Fructus verae libertatis sequente in carmine (*im neuen teutschen Merkur* 1793. St. 3. Nr. V. pag. 333.) ita describuntur:

*An die Freyheit.*

Aechte Freyheit! erste Menschenwürde!

Deren Glut in edeln Herzen flammt:

Erbtheil, allen Menschen angestammt,

Von dem Thron bis zu der Schäferhürde!

Wo dein Gottesathem lauer weht,

Wo du weilst in milder Majestät,

Da entweicht vor deiner Allbeglückung

Willkür, Machtspruch — Unterdrückung!

Wo

Wo du spendest deiner Gaben Schätze,  
Zu begründen edler Völker Ruhm,  
Folgt dir Sicherheit und Eigenthum,  
Und die Gleichheit ewiger Gesetze;  
Sicherst du mit gleicher Waag' und Schwerd  
Noch dem Enkel seines Ahnherrn Heerd,  
Lehrst des Irrthums billiger zu schonen,  
Ernst zu strafen, mild zu lohnen.

aure dann mit Recht, dass dies Jahrhundert  
Einen Irrgeist der Zerrüttung heischt,  
Und es mit dem Namen, Freyheit, täuscht,  
Aut vergöttert, annimmt und bewundert;  
Dass, verführt von deiner wahren Spur,  
Tiefgetäuschte Menschen, — der Natur  
Erste Grundgesetze auszurotten,  
Nicht dich ehren — nein! dein spotten.

Du verschmähst Verbindung, Wache, Garde,  
Und der Freyheitsmützen eitlen Putz,  
Fliehst der Föderirten Mörderschutz  
Und die Pik' und farbige Kokarde;  
Weilst nicht in dem Jakobinerrath,  
Weichst vom blutbespritzten Pfad,  
Weinst bey eines guten Königs Leiche,  
Hingestreckt vom Mörderstreiche! —

Reifs, o ächte Freyheit, dann die Binde  
Von dem Blick getäuschter Völker los,  
Dass ein jeder nur in deinem Schoos

Sicher-

Sicherheit und Schutz und Wohlseyn finde!

Dass sie Eins seyn, und ihr Wahlspruch sey.  
Treu dem Fürsten, den Gesetzen treu,  
Kleine Mängel dulden und die grösstern  
Mit vereinter Macht verbessern!

Bleib uns ewig hold, o Freyheit! Scheuche  
Fern von uns Verblendung, Rausch und Traum!  
Statt dem bald geknickten Freyheitsbaum  
Grün auf ewig Teutschlands Felseneiche!  
Dass dir lohne später Enkel Dank,  
Und der teutschen Sänger Siegsgesang  
Von den Thaten ächter teutscher Söhne  
Jubelnd noch der Nachwelt töne.

Addo PFEFFELII carmen: *Gebrauch der Freyheit an seinen Freund, Herrn von NICOLAY in St. Petersburg:*

Aus eines Junkers Burg entflohen einst vier Sklaven;  
Ein Hund, ein Murmelthier, ein Kater und ein  
Staar.

,Triumph! nun sind wir frey! rief die entzückte  
Schaar.

,Allein, was thun wir jetzt? — — „Ich will ein  
Jährchen schlafen“

Versetzt das Murmelthier. „Und ich,“ sprach Mei-  
ster Staar,

„Ich will ums liebe Brod auf unsren Junker fluchen.“

„Das brauch ich nicht, „rief Mauz,“ ich werde  
stracks Cosar.“

„Und

, „Und ich, beschloß der Hund, will einen Herrn  
mir suchen.“

O du, mein alter Freund! der selbst am Newa-  
strand

Die heilge Kunst versteht, als freyer Mann zu  
leben;

Wie selten ist sie noch in unserm Vaterland! \*)

Im freyen Gallien! Das macht, des Sklaven Hand  
Kann mit der Freyheit sich nicht auch die Weis-  
heit geben.

Er bleibt, was er war, — indess der weise Mann  
Auch in Sibirien kein Sklave werden kann.

Kolmar.

24) *cantibus alta vacant.* Exeunte anno h. s. 93.  
omnia Pontificiorum templa intra Francogalliam clau-  
debantur. Solis Protestantibus vsque ad d. 7. Jul.  
1794. Deum publice colere licuit. Ex quo tempore  
inde intra Neofranciam solis in regiis Danorum et  
Suecorum sacellis, tutela iuris gentium fruentibus, fidei  
Christiana dogmata publice proponebantur. Plerique  
e populo, aut remotis arbitris, aut, foribus clausis,  
cum domesticis, vel amicis selectis, tremebundi et an-  
gore repleti Deum, pro suo quisque more, colebant.  
Tunc demum, cum Robespierre, tyrannus ille crude-  
lissimus, humani generis sentina, fastigio, quod astu-  
tus adscenderat, et furibundus obtinuerat, deiectus,  
periisset, ii, qui tum regimini praeerant, publice vt  
Dei

\*) Vterque amicus in Alsatia natus.

Dei colendi gratia coiretur, permittebant; adeoque catholicismus, qui vocatur, in strictissima vocabuli significatione sumtus, reduci videbatur. Quibus conatibus cum patriae amantes, omnibus adhibitis viribus, reniterentur, adeoque populus, libellis sparsim editis praeparatus, Dei rationi humanae conuenientius colendi et iuuentutis rite instituendae desiderio teneretur: exoribantur coetus Θεοφιλανθρώπων. Cuius quidem societatis dogmata, dei colendi modum, ipsaque, quomodo tenera aetas erudienda sit, praecepta, et formularum, quibus vti solent, rituumque indolem atque naturam accuratius discendi cupidos remitto ad libros sequentes: L. M. REVEILLERE - LEPEAUX, *des französischen Directorii Mitgliedes, Betrachtungen über Gottesdienst, bürgerliche Gebräuche und Nationalfeste. Aus dem Französischen übersetzt von C. FABRICIUS. Hamburg 1797. gr. 8.* (Reflexions sur le culte, sur les cérémonies ciuiles et sur les fêtes nationales.) — *Gottesverehrungen der Neufranken, oder Ritualbuch der Theophilanthropen, einer unlängst zu Paris entstandenen religiösen Gesellschaft. Aus dem Franz. nach der zweiten Auflage. Leipzig. 1797. et 98. 1. und 2. Heft. gr. 8.* (Manuel des Theophilanthrophiles ou adorateurs de dieu et amis des hommes, a Paris 1796.) Plures libros et libellos huc spectantes, breuemque huius societatis rituumque ab illa obseruandorum historiam inuenies in den Rintel. *Annalen der neuesten theologischen Litteratur und Kirchengeschichte* (9ter Jahrg. 1797. 47. Woche p. 748 seqq. et 48. Woche p. 766 seqq.)

25) displi-

25) *displacet arbor.* Pulcrum hanc in arborem epigramma, a Batauo quodam compositum, ex Ephemeridibus litterariis Jenensibus (*Intell. Bl.* 1796. Nr. 57. pag. 470.) lectoribus meis exscribo.

*Arbor libertatis ad Batauos.*

Illa ego, Nympharum quondam celebrata choreis,

Nobilis Arcadii Pinus amica dei,

Quam duram expertus, furibundus more tyranni,

Threicius misere stravit humi Boreas,

Laetius at, sortem miserata, assurgere Tellus

Iussit et aeterna luxuriare comâ.

Nunc libertatis Belgarum testis et index,

Excusso domini, sistor in vrbe, iugo;

Haud inuita ferens! Praestat p[ro]e carmine Panis

Concentu populi liberiore frui.

Ad quam fabulam poeta alludat, itidem cit. loco exponitur.

26) *Vrbs* i. e. Parthenopolis, vulgo Magdeburgum.

27) *Marate.* Quo loco cum lectoribus communico SCHINKII carmen:

*Die Republikaner zu Paris.*

Was für ein Volk, um Wahrheit zu verklären,

Schlägt's ihren Spiegel ganz entzwey;

Und, statt dem Vorurtheil den langen Bart zu scheeren,

Macht es von Menschlichkeit und Recht und Pflicht  
sich frey.

Es lässt der Brüder Blut in ganzen Strömen fliessen,

Und nennet doch der Menschheit Retter sich;

An jedem Tage tritt's dich, o Vernunft, mit Füßen,

F

Und

Und baut dir Tempel öffentlich!  
Es beuget nicht sein Knie den Petern und den Paulen,  
Der'n Leichnam erst im Tod' ein Raub des Moders  
war,  
Nein, den Unheiligen, die schon im Leben faulen,  
Den Marats beugt's sein Knie, und — Aafs ist sein  
Altar.

28) *Cloelia*. vid. Liv. II, 13.

29) *Scaeula*. cf. Liv. II, 12.

30) *cum caperetur, ait. En carmina quaedam,*  
*quae in hanc istius fortitudinem scripta in ARCHEN-*  
*HOLZII Minerua inueniuntur.*

Charlotte Corday gieng, Gott und das Vaterland  
Im Herzen, auf den Feind des werthen Vaterlandes,  
Das Todesmesser in der Hand,  
Und stiefs es in den Feind! „Verbrechen, wie des  
Sandes

„Am Meer sah ich an ihm! Er sprach Gesetzen Hohn,  
„War ihr geschworer Feind, auf den verlafsnen  
Thron

„Wollt er, der Bösewicht, sich schwingen,  
„Ein Siegeslied auf ihn zu singen,  
„Ihm dürstete nach Menschenblut,  
„Ins Joch der Knechtschaft uns von neuem einzuspannen!

„Ich bin die Thäterin! Ha! meine That ist gut!

„Ich bin die Judith der Tyrannen,

„Die Tigerhälse bricht!“

Nein! Heldenmüthigste! die Judith bist du nicht,  
Bist Brutus nicht, du bist Charlotte Corday! Jene

War

War listig, dieser starb, dem Tode zu entgehen.  
Du giengst in deinen Tod! Solch eine Heldenscene  
Gab noch kein Trauerspiel zu sehn!  
Auf Shakespear! Wer ists? Aufs höchste Wohlergebn  
Des Deutschen, der es ist! Charlotte Corday gebe  
Vom Himmel ihm den Seegen, er  
Kann Shakespear, kann mehr  
Den Deutschen seyn. Er lebe!

---

*Charlotte Corday an Danton  
und Robespierre.*

Tyrannen zittert! Ich, Charlotte Corday, bin  
Noch nicht die Einzige, die eurem Bubenleben  
Ein Ende machen will! Den Tod der Königinn  
Zu rächen, ist der Dolch geschliffen, ist gegeben  
In eines Weibes Hand!  
Die Weiber sterben nun den Tod fürs Vaterland.

---

*Als Charlotte Corday gestorben war.*

1793.

Macht, all' ihr Helden! ihr in allen Weltgeschichten,  
In Bibeln und Gedichten,  
Macht, all' ihr Helden, macht der Mörderinn Marats,  
Charlotten Corday, Platz.

Sie war's! Sie that die That, aus des Tyrannen  
Ketten,

Durch ihren schnellen Tod, das Vaterland zu retten!  
Mit so gesetztem Blick auf ihn, den Bösewicht,  
Den alle Redlichen im Lande schuldig fanden,  
Dass Geister, die sie sahn, einmüthig gleich gestanden:

F 2

Se

So thaten ihre That Judith und Brutus nicht!  
So völlig ohne Furcht ist Codrus nicht gestorben!  
So hat Elisium kein Cato sich erworben!  
Das Opfermesser in der Hand,  
Und freuend sich der That, die Tausenden das Leben  
Und hunderttausenden die Freyheit sollte geben,  
Starb sie, die einzige! den Tod für's Vaterland.

31) *Codrus. de quo vid. IUSTIN. II, 6.*

32) *princeps*, i. e. Robespierre.

33) *tempora nata suo. Non satis in orationibus suis Robespierre et Barrere celebrare poterant nouae reipublicae praestantiam; quo alludit GLEIMVS in sequente carmine:*

Ein grosses Königreich liegt in Utopia,  
Den Namen weis ich nicht, das wollte sich verbessern.  
Was thuts? Es schnitt mit tausend Messern  
Rebellen Kehlen ab, so lange bis es sah,  
Es waren keine mehr mit Messern abzuschneiden.  
Das grosse Königreich lag nun verbessert da.  
Man sah's! Ihr meint mit Freuden,  
Ach nein! Es war nicht zu beneiden.

Es waren in Utopia

Zwey Männer, welche iubilirten,  
Und die Verbesserung possaunten weit und breit,  
Und predigten von ihr und einer goldnen Zeit,  
Und manchen armen Tropf verführten. —

Allein die übrigen in ganz Utopia  
Behaupteten mit tausend Gründen:  
Es sey von goldner Zeit die kleinste Spur nicht da,  
Man hätte sie gesucht, sie wäre nicht zu finden.

Und

Und also, was geschah!

Man lies die einzigen zwey Männer iubiliren,  
Possaunen, predigen, aus vollem Halse schreyn,  
Und manchen armen Tropf verführen,  
Und wollte schlechterdings nicht so verbessert seyn.

34) *latrones*. i. e. *die Chouans*.

35) *Hippocrenes*. *Rosbach*.

36) *grandia Caesar*. Pulcherrimam Neofrancorum cum veteribus, quorum naturam CAESAR in libro *de bello Gallico* descriptsit, Gallis comparationem, cuius auctor NACHTIGALL est, inuenies in der deutschen Monatsschrift, 1795. März. S. 196. Hat Frankreichs Clima und physische Lage Einfluss auf die jetzige Revolution; Beyträge zur Charaktergeschichte der Bewohner Frankreichs in der ältern Periode; eiusque continuationem ibidem April S. 279. Über Cäsars Eroberungen in Gallien.

57) *propinquus erat*. ISAACVS MAVS, rusticus Bandehemensis, prope Crucenacum, aliquot carminibus, iisque Calendario Musarum (*Musenalmanach*) Gottengensi insertis, iam notus, a. 1793. carmen huius inscriptionis: *An Deutschlands gute Bürger*, composuit, quod Francofurti in octonis editum, duas plägulas comple: ex quo aliquas easdemque optimas particulas, quia ille, tanquam rara auis inter sui generis homines, quae incommoda caecum rerum nouarum studium afferat, bene exposuit, appono:

1. Friede sey uns Erdensöhnen theuer!

Fliehet, Brüder, Revolution!

Ach sie ist ein wüthend Ungeheuer,

Sie zerstört der Ruhe festen Thron;

3. Säet Zwietracht in die besten Herzen,  
Reizt und fordert schrecklich Brudermord,  
Achtet, in der Wuth, nicht eigne Schmerzen,  
Nicht den Dolch, der wild die Brust durchbohrt.
5. Fliehet, Brüder, dieses Ungeheuer,  
Das nur Gift in eure Herzen speyt;  
Seine Tritte sind verzehrend Feuer;  
Schrecken, Tod und Elend sein Geleit.
7. Seht umher! wie unter guten Fürsten  
Deutschlands Staaten schön und herrlich blühn;  
Lasst uns nicht nach falscher Freyheit dürsten,  
Tausenden nicht Ruh und Glück entziehn!
9. Sanfte Leitung, nicht Tyrannen-Hiebe,  
Wählt der Fürst, der seinem Staate lebt,  
Und des Bürgers ungeschminkte Liebe  
Ist das Ziel, wornach der Weise strebt.
14. Schändlich, rasend wäre es, nicht gehorchen,  
Wenn der Fürst zu unserm Wohl befiehlt;  
Blieb es auch dem kurzen Blick verborgen,  
Glücklich schon, wer nur die Wirkung fühlt!
15. O versagt ihm niemals das Vertrauen,  
Nicht die Liebe, nicht die Folgsamkeit;  
Gönnt die Sorg ihm, unser Glück zu bauen,  
Der er treu und väterlich sich weiht.
16. Gönnt ihm aber auch die Vaterehre,  
Macht und Würde, weil sie Gott ihm gönnt.  
Sagt, wenn er nicht hoch und mächtig wäre,  
Ob er strafen, ob er lohnen könnt?
24. Nein, ihr Brüder, lasst im goldenen Frieden  
Uns an Deutschlands sicherm Heerde ruhn!

Himm-

Himmlisch Glück ist uns von Gott beschieden,

Wenn wir recht, und gut und edel thun.

25. Drückt auch manchmal uns ein niedrer Bube,

Dem die Blendung vor dem Thron gelingt:

O es reift ihm schnell die dunkle Grube,

Die ihn gross und fürchterlich verschlingt.

26. Sanft und duldend kleine Uebel leiden

Auf der Erde kurzem Prüfungspfad,

Um die nahen, grössern zu vermeiden,

Sey auch uns der höhern Weisheit Rath.

27. Seinen Fürsten lieben und ihn ehren,

Und, trotz falscher Hetzung und Geschwätz,

Auf die Friedensstimme Gottes hören,

Sey uns deutschen Bürgern Grundgesetz!

Insuper loco commentarii in verba: *quo spectro captus*

*Teuto propinquus erat*, cf. SCHINKII Epistolam tertiam.

über die deutsche Sansculotterie, in ARCHENHOLZII Mi-

nerva (1794. Aug.) inueniendam.

38) *aequalia iura*. Carmen huc spectans legitur  
in der deutschen Monatsschrift, 1795. Juny. VII.

Die Gleichheit.

Aus dem Französischen 1793.

Die Gleichheit, meynt ihr, wäre

Bey Menschen, wie sie jetzo sind,

Im bürgerlichen Leben nur Chimäre?

Seht doch Paris nur an. Ein jedes Kind

Sagt dort das Gegentheil euch jetzt.

Den Dolch in seiner Hand beraubet

Der Mann, der nichts besitzt,

Den, der noch etwas hat, und glaubet,

F 4 Durch

Durch dieses simple Mittel sey in kurzer Zeit  
Der Güter Gleichheit einzuführen.  
Der andre Punkt: die Ungleichheit  
Der Geisteskräfte! kann nicht sehr genieren.  
Denn seht! der Mann, der keinen Kopf bekommen,  
Haut kurz und gut, dem, der noch einen hat,  
Vom Rumpf ihn ab; und in der ganzen Stadt  
Ist dann die Gleichheit ganz vollkommen.

39) *nauibus*. i. e. *sphaeris* s. *machinis aërostaticis*.

40) *ardua signa*, i. e. *per telegraphos*.

41) *vincere saepe fuit*. v. c. in celeberrima illa apud Floriacum (*Fleury*) pugna, vbi ETIENNE, qui ducibus adsistebat, (*Generaladjutant*) super campo, vbi proelium committebatur, per duas horas pendebat, schedulis aut deiectis, aut attractis, cum Francogalorum ducibus quasi commercium epistolarum exercens.

v. ARCHENHOLZII *Minerva*, Nov. 1794.

42) *pangere pacta placet*. Legitur hoc praeclare factum in Nouellis Germanis (*Nationalzeitung*) 1796. fasc. XXX. Eandem historiolam concinnis elegis enarravit SENKENBERGIVS, quam insertam Indici Imperiali (*Reichsanzeiger*, 1796. Nr. 210.) legimus. En! ipsum carmen:

Dum quatit aëreas turres et tecta domorum

Moenia Francouadi Gallus, acerba fremens:  
Exoritur saeva atque ipsi miserabilis hosti

Flamma, nec arcere est vis, cohibetque pauor.  
Commotus specula ductor Kleberus ab alta,  
„Iam Franci, exclamat, parcite ab igne mei!

„Cer-

„Cernite, vt in latis rabies Vulcania vicis  
„Saeuiat, an tota vrbs vos peritura iuuat?  
„Non flamas, sed aquas turbatis ferte colonis,  
„Et, positis armis, auxilio ite viri!“  
Acclamat miles; tubicen mox aere canoro  
Dat sonitum, et, pateat quo sibi porta, petit.  
Plenis ignidomas ducens siphonibus vndas,  
Hos arma insequitur ponere iussa cohors.  
Exultant ciues, portisque patentibus intrent,  
Exoptant; prohibet ductor id Austriacus.  
„Quidquid id est, timeo Francos et dona ferentes;  
„Inquit, ne genti fidite pacifragae!“  
Sic ardere iubet, quam non seruare potestas,  
Vrbem; sed moestas tendit ad astra manus.  
Ciuis et, „q nunquam peritura est gloria facti,  
„Hospita dum voluet flumina Moenus, ait.  
„Ignes Kleberus capienda immiserat vrbi  
„More ducum, solus mittere curat aquas.“

43) *viuere porro vetat.* De his et aliis sordide  
et crudeliter a Neofrancis factis v. hos libellos:  
1) *Die Franzosen in Franken, im J. 1796. von JULIUS SODEN, Reichsgrafen, mit 2 K. Nürnberg, 1797. 8.*  
2) *Anekdoten und Charakterzüge aus dem Einfalle der Neufranken in Altfranken, im J. 1796. von einem Augenzeugen. Ohne Druckort, 1797. 8.*

44) *sylua iugumque.* cf. *Abriss des Gauner und Bettelwesens in Schwaben, nach Akten und andern sicheren Quellen, von dem Verfasser des Kostanzer Hans. Stuttgard. 1793. 8.*

45) *Franciscus Ludouicus. v. Trauerrede bey der Beerdigung Franz Ludwigs, des Weisen, Fürstbischofs zu Bamberg und Wirzburg etc. im hohen Dom zu Wirzburg, den 5 März, im J. 1795. von FRANZ BERG.* Jena, 1796. 8.

46) *diuitias — pulcras. Index monumentorum artis, ex Italia Lutetiam Parisiorum translatorum, exhibetur in der Goth. gel. Zeit. 1796. St. 68. p. 608. St. 73. p. 656. et St. 87.*

47) *testis erat. v. CORN. NEP. in Milt. c. 5.*

48) *periere tuae. Cf. SVET. in vita Augusti c. XXIII.*

49) *fidem. Talia et plura alia inuenis in libris ad not. 43. laudatis.*

50) *venatur et hostem. Utebantur rustici, vt ex iisdem libris discitur, formula: Auf die Franzosenjagd gehen.*

51) *CAROLVS. Memorandum est hoc loco carmen, quod Norimbergae (1797. 8.) prodiit: Die Nacht am Rhein, KARLN dem Helden der Teutschen geweiht, von I. H. W. WITSCHEL, d. 28. Jan. 1797. Eidem Principi, Wirceburgo sub illius auspiciis recuperato, misit GE. TEUTSCH, Candidatus iuris, Wirceburi degens, quod sequitur Chronodistichon, in den Würzburger wöchentlichen Anzeigen von gelehrten und gemeinnützigen Gegenständen vom J. 1797. Nr. 121. 122. p. 956. et 57. extans:*

qVI<sup>s</sup>

qVIIs IMperII, qVIIs patrIae nostraeqVe VrbIs ser-  
Vator?

qVIIs, qVaeso, gaLLos fastV tVrgentes fregIt, qVIIs  
prohIbVIIt?

qVIIs DenIqVe VICtor VbIqVe?

+ + +

CaroLVs DVX aVstrIae nobIs

CarIssIMVs

VlrtVte Innata.

+ + +

DIs IgItVr qVarta noVeMbrIs annI

CVrrentIs

Vltae tIbI fLorIgerae Vota annVnCIet.

52) *parare flagrat.* v. STEINBECKII *deutsche Volkszeitung* 1797. B. 1. St. 8. p. 113.

53) *Argentoratum prope. Vor Kehl.*

54) *ipse tuis.* Nimirum Archidux militi gregario munus ducis (*Oberlieutenant*) demandauit.

55) *Turcis.* Imperatorem nimirum obsecrabant, vt, quod vexillum litterarum studiosi Viennenses anno 1683. Turcis eripuerant, id pro promisso daret, quo magis ipsi, eo vtentes, victoriae, a maioribus de hoste deportatae, recordarentur. Isto enim anno prouincias Austriacas inundauerant Turcae, iterum vsque ad Vienam progressi; vbi tamen, Fortuna tergiuersante, a celeberrimo IOHANNE III. (*Sobiesky*) Rege Polonorum, d. 12. Sept ad interencionem deleti, castris omnique apparatu bellico exuti, fugam ceperunt. Admodum pauci tamen ex isto in numero fere exercitu Turciae fines attigerunt.

56) *An-*

56) *Anglus.* De Hispanorum classe, S. VINCENTIVS, Comes, d. XIV. Febr. 1794. victoriam reportauit.

57) *fata dolet.* Francorum classem fregit HOWE, Comes, d. I. Jun. 1794.

58) *imber aquae.* Commissum est hoc proelium nauale d. XI. Oct. 1797.

59) *gubernant.* Nimirum Tanunga, Ambato, Rio-bamba, Aloasi, Quito.

60) *dissolüente solum.* Id quod euenit ineunte Februario, 1797.

61) *an tibi coepta placent?* Scilicet, teste STEINBECKIO (*Deutsch. Volkszeit.* 1798. B. 1. St. 2.) hoc Francorum, ad Britanniae littora appellendi, ibique magnum, qui cum Anglis in terra continente pugnaret, ac, si dis placuerit, debellaret, exercitum exponendi consilium, comparatur in Ephemeridibus quibusdam Londinensibus cum ridicula ista Caligulae expeditione, de qua cf. SVET. *in vita Caligul.* c. 46.

62) *Regiomontano sene,* in libello: *Zum ewigen Frieden. Ein philosophischer Entwurf von IMM. KANT.* Regiomontii 1795. 8. edito.

Coronidis loco subiungo elegantissimum Viri Magnifici, Io. GE. ECCII, Acad. Lips. h. t. Rectoris, carmen, inscriptum: *Vota pro pace;* quod vitae descriptiobibus XVI. Philos. Doctorum et L. L. A. A. Mag., anno h. s. LXXXVIII. creatorum, praemissum, d. VI. Mart. eiusd. anni Lipsiae in 4. prodiit. Est hoc:

Ergo iterum belli strepitus, saeuique tumultus Martis, Teutonicos iam debacchantur in agros,

Clas-

Classica dira sonant, rauco tormenta fragore  
Äereos implent tractus, et sanguine campos?  
Optima pax rerum, mille anteferenda triumphis,  
Qua sine nil prodesse boni genus omne videtur,  
Filia blanda poli, quo nunc immitis abisti?

Longius ante quidem, patriaeque remotus ab almae  
Finibus, ardebat, rabida succensus ab ira,  
Gradiuus; populis populos, atque vrbibus vrbes,  
Exacuens odiis, late currentis ad Istri  
Flumina, Threicias vastabat milite terras  
In numero, funestae inspirans caedis amorem,  
Turcarum *Iosephus* vbi victricibus armis  
Perdomuit multo splendentes aere cateruas,  
Atque alia de parte potens, animique virilis,  
Femina, Russiacae regnatrix gentis, eosdem  
Perpetuae stragis, sensuque, metuque, premebat.  
Sed nondum heu! tanta satiatus caede cruentos  
Integrat insultus Mauors, lateque propagat.  
Iam propior saeuit Germanae finibus orae,  
Nec secum leuiora illis portenta malorum,  
Sed multo grauiora, trahit. Quis, quaeso, patrari  
Immanes inter populos haec audiit vnquam,  
Quae cultas inter gentes, Christoque dicatas,  
Vidimus heu! nuper commissa, hodieque videmus.

O Furiis agitata, infelix Francia, quondam  
Delicium Europae, diues gleba vbere tellus,  
Ditior at multo versantibus arua colonis,  
Ciuibus egregiis, vernantis flore iuuentae,  
Magnatumque cohorte virum, ditissima longe  
Artibus ingenuis, studiisque vberrima, quorum

Aspe-

Asperitas fugit, et mollescunt pectora, cultu;  
Cuius vt externo cum tegmine corporis aptos  
Induerent mores, peregrinantum agmina tota  
Omnibus ex terris ad te properare solebant;  
Dissimilis quantum ipsa tui nunc facta repente es,  
Degener, et moris patrii, et virtutis uitiae!  
Quis non iam ripas, iuret, Sequanae, atque Garumnae,  
Aut Scythes, aut Anthropophagos, habitare cruentos?

Ac tanti quae caussa mali? Quo fonte profectum  
Tot miseras clades, tot tristia bella, repente,  
Caedesque horrendas, toti paene intulit orbi?

Pressa tributorum pridem grauitate nefanda,  
Luxurie exhausto fisco, exactoribus vltro  
Praeda suis, seruile iugum tot passa per annos,  
Francia longaeuae ferrata tyrannidis audax  
Vincula rumpebat; melioribus vsa magistris,  
Mutatam in melius legem, melioraque iura,  
Impositura sibi, iustissima quaeque iubendo.  
His ducibus donec morem gens aequa gerebat,  
Nil melius visum; laetari quisque, senatus,  
Plebs, proceres; imi cum summis tollere plausum;  
Quin etiam Europae per quaeuis regna, per vrbes,  
Gratari, humano generi quicunque fauerent.  
Sed mox, vt gentis capitum non parua caterua  
Deflectens, malefida modum, finesque, reliquit,  
Quos vltra, citraque, nequit consistere rectum;  
Heu! simul in peius ruere omnia visa repente;  
Ius, fasque, antiquum sperni; lassare bonorum  
Factio deterior rabidis clamoribus aures;  
Seditione, dolis, scelere, atque libidine, et ira,

Peccare

Peccare audacter; per vim, non iure, tueri,  
Quae quisque a reliquis se extundere posse putaret;  
Quid? quod vicinis quae foedere iura sacrato  
Principibus concessa, minus reuerenter haberi,  
Contemni sanctae socialia vincula pacis,  
Indici bellum cunctis, qui cedere nollent  
Poscentum imperiis, calcari impune verenda  
Relligio, pax, atque fides, foedeque iacere.

Antiquos tandem rabies egressa Penates  
Teutoniae pulchras irrupit protinus vrbes,  
Cunctaque crudeli ferro vastauit, et armis.  
Vos, o Rhenani vineta virentia tractus,  
Vos vrbes etiam, Spira atque Moguntia, priscae,  
Vos et tot spissis horrentes messibus agri,  
Sensistis, rabies hostis quantum effera posset.  
Heu, heu! quam dirae caedes, incendia praedae,  
Quique mali cumulus! Mars infremit ore cruento;  
Afflictis Bellona furens nunc gaudia terris  
Blanda fugat; nil non infandum Francicus audet  
Ah! furor, inque suos adeo, et sua viscera, saeuit.  
Expilant miseros, spoliantque, necantque, vorantque.  
Proh pudor! Humana est rabies asperrima, tristi  
Barbarie vincens saeuissima corda ferarum.  
Adspice, vbi stabant prius horrea, tecta, domusque,  
Nunc nihil est; squallent luctu, moestoque ululatu,  
Omnia. Quis parcat lacrymis, haec talia cernens?

Sed nondum satis hoc. Regem (quis talia credat  
Narranti?) Regem, quo vix praestantior alter  
Miti animo, rectis studiis, et pacis amore,  
Quem prius ad caeli meritis gens laudibus axem

Sponte

Sponte sua tulerat, mentem mutata repente,  
Vexatum varie, tenebris, et carcere duro,  
Continet, auulsum a natis, et coniuge cara,  
Conuentus saeui inuitum rapit ante tribunal,  
Criminibus fictis onerat, vix dicere caussam  
Permittit, dictam pro rege remissius audit,  
Per numerosa parum rabidae suffragia turbae  
Deiectum solio, tandem (proh dira libido!)  
Damnat, sanguinei et manibus tortoris inermem  
Tradit, sicque sibi veluti caput amputat ipsi.

Horrendum heu! facinus, aeternum dedecus aeui,  
Quo semel admisso, iam plurima foeda sequuntur.  
Dira canunt alii, nec non mala quaeque precantur.  
Iustus erat *Lodoix*, quo rex haud iustior alter.  
At nunc tantus apex, tanto de culmine lapsus,  
Cuncorum teritur pedibus. Diadematē nuda  
Perdidit imperii mala gens, nomenque, decusque.  
Iamque, sui haud compos, sine rege, et legibus,  
errans,  
Ceu nauis, vigili, per fluctus, orba magistro,  
Aufertur temere, stridentibus acta procellis,  
Sentit inauditi fructus mala dira furoris.  
Quidni? quotidie tu quippe piacla piaclis  
Accumulas. Sceleris quidquam ne restet inausum  
Reginam insontem, natam simul, atque sororem,  
Teutoniae regum, infandum scelus! ense trucidas,  
Ac, veluti bene re gesta, de caede triumphas;  
Euertis regum statuas, et saxa bonorum;  
Diruis artificum monumenta innoxia; sacras  
Dispolias aedes, defunctorumque sepulchra,

Quin

Quin ipsum caeli summum (o insania summa!)

Rectorem petulans rides, contemnis, abhorres.

O vtinam ad frugem redeas, gens caeca, prius,  
quam

Dira fames, et pestis atrox, bellique furores,

Inuitam nimium sero resipiscere cogant!

O vtinam certos successus annuat armis

Teutonicis faustos diuini prouida cura

Numinis, vt tantos populi compescere motus

*Fridricus possit Gulielmus, luxque, salusque,*

Optima Brennorum, quem nulla pericula terr

Armorum , bellique , suis qui , duxque , comesque

Fidus fuit praesens! Vtinam, qui Francica castra

Vix iuuenis, *Carolus Fernandus* \*), terruit olim,

Debellet saeuos gentis, caecosque, furores!

O vtinam aeternae mox reddere foedera pacis

Magnus Iosias \*\*) possit, venerabilis heros,

Turcarum victor! tanto nam dignus honore est.

Tum Vos haud dubie mire seruata salutis

Maxima fulcra sua cunctos Europa vocabit,

Vestraque se toto fulgentior exseret orbe

Gloria, et aeternum laudes transfundet in aeum:

**Posteritas** ventura canet, nec splendida facta  
tristis.

Vna vñquam ex animis tollent obliuia nostris.

Felices quoque Vos, Germani, signa ferentes

Martia qui patriam a saeuo defenditis hoste:

AC

<sup>\*)</sup> Dux Brunsvicensis.

Fridericus Iosias, Dux Saxo - Coburgensis, et Salfeldensis.

三

Ac Vos in primis, quorum se bellica virtus,  
Prisca fides, fortisque animus, dudum intulit astris,  
Saxonica de gente Viri, si sanguine Vestro  
Pax redeat patriae, ac stabilis concordia, nostrae!

Denique felicem te, infelix Francia, quando,  
Si sat poenarum dederis leuitatis auitae,  
Qua sine lege, modo, pietate, ac numine, vi-  
vens,

Perfidia, scelere, et luxu, velut ebria nutas,  
Cuius et Europae populos occulta per omnes  
Semina sparsisti, nimis heu! crescentia longe,  
Edoctae meliora tibi resipiscere tandem  
Contigerit, morbosque animi sanare pudendos,  
Iustitiam colere, et virtutem, fasque, fidemque,  
Legum iussa sequi, iunctas non fallere dextras  
Pacis, et in melius mores mutare nefandos!

Pacificos sume ergo animos, litesque secari  
Arbitrio legum sine, non caecae aestibus irae,  
Quemque crepas adeo verbis, hunc rebus agendis  
Demonstra, patriaeque, ac libertatis, amorem.  
Tunc demum placidae faustissima foedera pacis,  
Non prius, ex voto tecum coluisse licebit;  
Tunc iterum iunctis animis, concordia laeta,  
Atque opulenta quies, te, vicinosque, beabunt.  
En! iterum secli longe melioris origo  
Apparet: redeunt, video, bona gaudia terris.  
O fortunatum tempus, Saturnia regna!  
Non tristes posthac caedes, saeuasque rapinas,  
Cernere erit, mala nec volitare incendia tectis;  
Sed terras pax alma colet, pacemque sequetur

Laeta

Laeta Ceres, flauis crinem circumdata sertis.  
Fas tecum incedet: ridebunt oppida, et vrbes.

O quantum mutata a conditione priori  
Francia ter felix, tua sors, et nostra, vigebit!  
Vt patriae priscus rediit vigor, vrbibus aegris  
Vita, calorque nouus, misero spes alma colono!  
Talis vere nouo, tardae post frigora brumae,  
Vis animis, membrisque, reddit; noua gaudia crescunt.

Has audi, Deus alme, preces, haec vota secunda,  
Nec vanas spes esse iube, quas omine laeto  
Concipit haud fallax animi fiducia nostri.

Vos, vt melliflua viuatis pace beati,  
Et virtus Vobis, doctrinaque, Vestra perennem  
Seruet eam, Vestri doctores atque magistri,  
O cari Iuuenes! sincera mente precamur.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA WERTHERIA.

pag. 25. v. 649 pro *sociosquis lege sociosque.*

pag. 38. v. 1038 pro *Debent lege Debeat.*





Lit dat mir A  
630

